



Piet. 4° 33.

# VINDICIARUM PROVERITATE

*ADVERSUS*

GODOFREDI ARNOLDI CRIMINATIONES  
INSTITUTARUM TESSARAS.

PRO DISPUTATIONE CIRCULARI & ORDINARIA  
*Qvam*  
D. B. I.

Consentiente R. Facultate Theologicâ  
PRÆSIDE

JOANNE FECHTIO, D.

P. P. Consist. Ducal. Adsl. & Distr. Rost.

Superintendente, Fac. Th. Seniore & ho-  
die DECANO,

Placido differentium colloqvio ventilandam  
exponit,

*Ad diem XXVI. Septembr. MDCCV.*

JUSTUS HEINRICUS  
RÜMCKERUS,

Sverinensis,



ROSTOCHII,

*Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.*

1400 BANDOGRAM  
A. P. H. VON

GOOGEBR  
MILATOPET

PRO DULATUO PRO

Georgian Transl. by George G.

George G. Transl. by George G.

Ad  
*Clarissimum Dn. Respondentem meum.*

Um haetenus industriam tuam & attentionem in audiendis doctorum acroasibus indefessam posueris, neque intermiseric qvicqvam, qvod a serio severoqve sacrorum cultore reqviri poterat, nunc qvoqve studiorum ordini & Academiæ legibus obseqvium præstiturus ad publicam cathe dram provolas, Doctissime RÜMCKERE, ipso in omnium conspectu ore Tu demonstratus, & audita Te recte intellexisse & reposuisse omnia memori mente & tueri veritatem Te posse adversus qvoscunqve, qvi eandem aggressi fuerint & oppugnaverint. Non ignotus mihi est ingenii Tui vigor & eloqvendi promptitudo, qvâ auditorii Tibi applausum conciliabis, rcborabisqve spem illam, qvam necessarii de Te Tui ex eo statim tempore, qvo Te scholis reddiderunt, addixeruntqve DEI aliqvando in Ecclesiâ servitio, conceperunt. Quid itaqve aliud adprecari Tibi conveniet, qvam ut DEUS, qvem ex toto animo Tuo colis, qviqve prora puppisqve ut conatum Tuum omnium, ita cumprimis studiorum, ad illustrandam Divini nominis gloriam directorum, esse debet, illud pondus & robur Tuis in pietatis doctrinâ progressibus addere velit, qvod & DEO fit gloriosum & Ecclesiæ olim suæ salutare! Id ut eveniat & Parentes adeò Tui summam ex Te delectationem, patria verò universa fructum, ad posteritatem nostram dimanaturum, capiat, ex toto pectore DEUM oro rogoqve. Scr. XXIII. Septembr. MDCCV.

JO. FECHT. D.  
Disputationis PRÆSES,  
Dic,

**D**Ic, RÜMKERE, mihi . multi cur s̄æpe pererrent  
Castalidum lætam , sed sine fruge , Viam §  
Dic mihi , cur multi teneræ sub flore Juventæ  
Spem soleant omnem præcipitare Bonis §  
Hi nisu Icario temnunt fundamina prima ,  
Qveis certe temtis corruit omne bonum.  
Hos juvat, incertum lusu mox perdere tempus ,  
Otia mox Vitæ desidiosa seqvi.  
Illos delectat nimium Venus , illa repertrix,  
Flammæ ; delectat luxuries alios.  
Exulat hinc Pietas , & Virtus spenit omnis ,  
Et probitas stolido sub pede spreta jacet.  
Tales, CHARE MIHI ! refugis cane pejus & angue ,  
Laudando in studiis ordine progrediens.  
Floriferis ut apes in Saltibus omnia libant ,  
Et gravidæ Cellis optima qvæque ferunt ;  
Sic tua Sedulitas præclara relicta Virorum  
Discutit , & Cura fervido re legit.  
Hinc sacra pergrato docuisti munere lingvæ ,  
Pulpita Doctorum & jam resonare facis.  
Vera tibi Pietas , animi Sapientis origo  
Virtutisqve , imo in pectore fixa latet.  
Perge , urge Ingenium , constans ora atqve labora ,  
Et sensim obvenient commoda magna tibi.

Hac

*ex sincero affectu erga Doctiss. Dn. Respondentem , Domesticum haecenus suum honoratissimum , apponere , Conatusq; ejus ulteriores divinae commendare benedictioni voluit*

M. JOHANNES ZEIDLER  
Paſt. ad Div. Petri.

•(O)•

# VINDICARUM ADVERSUS GODOFR. ARNOLDUM SPECIMEN PRIMUM

*De iis, qui medio in Papatu religionem Lutheranam fuerunt professi.*

## I.



Ostqvam Godofr. Arnoldus varias scriptorum de morte Caroli V. Imperatoris sententias recensuisset, hac *πρικεψιανη* narrationem suam concludit: Das übrige / was in seiner Seelen vorgegangen / ist Gott allein bewuft und heimzustellen / zumahl es schwer zu beweisen stünde / daß er sich in allem von der Seele der Papisten so gar abgezogen und zur andern geschlagen / oder umb Meinunge und Streitfragen würd bekümmert haben / und wie man redet / gut Lutherisch gestorben sein. In deme dieses so wenig nach allen Stücken wahr ist / als wann man Chrysostomum, Augustinum, Thomam Aquinatem und andere zu guten Luthe ranern zu machen in grossen Büchern bey der Hand greiflichen Wisselhaftigkeit sich bemühet: Gesetzt / daß man einige gleichstünige Bekantnisse aufzuweisen kan. (1)

II. Postqvam è Papatus tenebris eluctata est Ecclesia Lutherana , primum, qvod novo instituto objecere Pontificii, religionis mustea novitas fuit, eò qvod nemo ex omni inde ab Apostolorum ævo tempore produci possit , qvi cum Lutheranis eandem doctrinam fuerit

A

com-

(1) Hist. Eccl. & Hær. Part. II. Sec. XVI. cap. I. §. 6. p. 7.

complexus. Responderunt nostri, qvamq; opus non sit, vel integras Ecclesias, vel particulares doctores nominari, qvi Lutheranam in omnibus doctrinæ capitibus tenuerint, aut in publicum ediderint confessionem, cum DEO innumeri noti esse possint, qvos mediâ in Ecclesiæ corruptione æq; ab erroribus Anti-Christianis, ac olim in Israële septem illa millia, qvi, genua coram Baale haud curvaverant, conservare in verâ fide potuerit, non deesset amen in ipso Papatu, qvos tanquam religionis Lutheranæ testes vel in omnibus doctrinæ Christianæ, ad salutem necessariæ, partibus, ceu in primorum seculorum scriptoribus, qvos patres vocamus, vel in præcipuis fidei articulis, Pontificiæ confessioni oppositis, ceu in seqviorum seculorum auctoribus, laudare possim. Ex qvo vis veritatis, quæ latere non posse, cognoscatur, desumaturq; præsumptio, si major ipsis concessa fuisset libertas, futurum fuisse, ut veritatem pleniori mensurâ admisissent. Cui fini omnium primus *Matthias Flacius Illyricus* ingenti operâ & Herculeo labore, perreptatis & excussis Germaniæ Italiæq; Bibliothecis, (2.) Catalogum testium veritatis confecit, tanto in pretio habitum, ut vel decies recuderetur. De qvo *Flacius* ipse in Præfatione: *Ob hoc ipsum in hoc scripto omnes eos, quantum quidem fieri potuit, collegi, qui aliquo modo testimonium ante Lutherum veritati Christi contra errores & furores Anti Christi dederunt, adversariorumq; erroribus, officii neglectioni & perditissimæ vitae contradixerunt, ut re ipsâ ac experientiâ ostenderem, semper fuisse multa piorum millia, quæ aut ab omnibus aut à plerisq; erroribus Romani Baalis abhorruerint, eis contradixerint & ad Dominum ardenter pro libera-*

(2) Apud Melch. Adam, Vit. Theol. p. 475.

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

beratione extantâ captivitate gemuerint. Patrum nostro-  
rum memoriâ hoc institutum latius curatiusq; profe-  
catus est immortalis memoriae Theologus, D. Jo. Ger-  
hardus in Confessione, qvam vocat, Catholicâ, qvi, illo-  
rum, ait, *testimonia, qui Papalibus erroribus cataclysmi instar*  
*inundantibus nullâ periculorum ac minarum ratione habitâ*  
*masculè contradixerunt*, qvorum complures testimonium  
suum voce vel scripto prolatum etiam sanguine suo obsigna-  
re minimè dubitarunt, in hoc libro in medium producere fuit  
animus, ut liquido manifestum fieret, superioribus illis, qvæ  
doctrina reformationem præcessere, seculis nec Deo Ecclesiam,  
nec Ecclesia veritatem, nec veritati confessores unquam de-  
fuisse. (3.)

III. Ut verò illi Theologi qvandam testium nubem ex  
omni Ecclesiæ ætate Divinæ, qvam Lutherana Ecclesia  
profitetur, veritati suffragantem, produxerunt: ita alii  
singulares Ecclesiæ ex vario seculorum ordine doctores,  
Lutheri doctrinæ vel ex toto vel ex parte adstipulantes.  
Augustinum in Parallelis Jo. Pappus, & postea Anton. Rei-  
serus, Chrysostomum Jo. F. Mayerus, Justinum Martyrem  
Christian. Nifanius, Thomam Aquinatem Jo. Georg. Dor-  
scheus, Carolum V. Imperatorem denuò Jo. Frid. Mayerus.  
Judicatum sumino Ecclesiæ nostræ ejusq; doctorum  
consensu fuit, utilissimam & ad convincendos adversa-  
rios efficacissimam operam in id argumentum collo-  
catam esse. Sed Arnoldo, ut univerla Ecclesiæ nostræ  
instituta, ita hoc qvoq; sine censorio supercilie & acu-  
leatâ suggillatione dimittendum non fuerat. Si enim  
indifferentia sunt omnium religionum placita, dummo-  
do animum tuum à vitiorum immundicie liberes, stu-

A 2

deasq;

(3) In Dedic. Epist.

## VINDICIARUM SPECIMEN I.

deasque morum pietati , qvod nempe primum ultimumqve religionis Arnoldinæ principium est , qvid opus est, argumenta curiosè conqvire, qvibus veritatem unius religionis præ alterâ stabilias, cum nulla religio ab erroribus sit immunis & si rem Arnoldino ocu-  
lo ( mit unpartheischen Augen ) intueamur, omnes, qvi hæreticorum haetenus nomine sive in antiquiori sive recentiori Ecclesiæ historiâ traducti fuerunt , re-  
ctius circa veram religionem senserint, qvam Lutherani ? Nobis verò qvid rodat in innocuo hoc instituto carpatqve, qvibusqve rationibus optimorum Theolo-  
gorum operam perstringat *Arnoldus* , dispiciendum est.

IV. Itaqve primò ipsummet institutum , tanquam circa rixas Theologicas occupatum, infructuosum esse decernit. Ad I. ipse Paulus , testes doctrinæ suæ adver-  
sus gentiles allegat fidei ipsorum domesticos , Poëtas, Aratum, Menandrum & Epimenidem , ut proprio ipsis testimonio convinceret , ait Chrysostomus. Ceu & jam olim Moses ad ipsorum hostium Ecclesiæ suffragium provocavit, Deut. XXXII. 31. Cui mori II. presso pede institerunt vetustissimi Ecclesiæ patres. Irenæus : oportebat veritatem ab omnibus accipere testimonium , & à domesticis, qvoniam & amici, & ab extraneis, qvoniam & ini-  
mici. Illa enim est vera & sine contradictione probatio, qvæ etiam ab adversariis ipsis singula testificationis profert , in ipsâ quidem manifestâ suâ visione convictis de præsenti ne-  
gotio & testificantibus & significantibus, postea verò ad ini-  
micitiam erumpentibus & accusantibus & volentibus , non esse verum suum testimonium. (4) Chrysostomus: sem-  
per

(4) IV, adv. Hær. c. XIV.

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

per infidelium & adversantium religioni testimonia majo-  
rem habent fidem. Et hoc est ex omnipotenti sapientia DEI,  
ut inimici veritatis fiant ipsi testes veritatis & suâ lingvâ  
prædicent. (5.) Estque hæc probatio III. ita naturali  
judicio conveniens, ut inde Icti regulam, quæ in judiciis  
ubique obtinet, considerint: confessio oris proprii est omni-  
um probationum optima & superlativa. Cui accedunt IV.  
utilitates aliæ, ex adverlariorum testimoniis reluntantes,  
quas fusè enumerat atque adeò argumenti hujus, ex ho-  
stium testimoniis deprompti, valorem & robure ex insti-  
tuto vindicat D. Gerhardus. (6.) Denique V. quid aliud  
fecit ipse Arnoldus, toto libro quarto, immò in universo  
opere suo Historiæ Hæreticæ, quam ut ex hæreticorum  
& Fanaticorum testimoniis religioni suæ Indifferen-  
tisticæ robur assereret & auctoritatem? Qvoties in par-  
tes suas non sine blanditiis vocat eos, quorum antea in-  
stituta condemnaverat & acerbissimis dictiis fue-  
rat insectatus, si quidpiam pronunciare videntur, quod  
suæ hypothesi inserviat? Exemplo sit bonus Chytraeus  
noster, qui quando in rixas Scholasticas invehitur, non  
sine honoris præfatione ut testis veritatis adducitur:  
Ein redlicher Mann um selbige Zeit gibt gar ein schlecht  
Zeugnis von der Freyheit der wahren Religion/wann  
sie nicht auf die Übung der wahren Gottseeligkeit/  
Glaubens und Gebets/sondern zu Vermehrung des Ge-  
zänks und Gebeisses in unnüthen und ehrgeizigen Dispu-  
tationē angewendet wird. (7) Si vero de Theologiâ ipsius  
sermo est, so ist's eine Platonische Lehre/darinnen nichts  
Geistliches / sondern nur etliche Philosophische Flosculi

A 3

und

(5) Hom. LVII, in Gen. (6) Conf. Cath. prooem. p. 8, l. (7) Part. II,  
H. E. & H. p. 34.

und Redens-Arten und Sententzen der Heiden und Poëten vorgeleget werden ; Und wann man ja noch Christ und seiner Lehr gedencket / dannoch kein Geist / Leben / und Kraft darinnen verspüret wird. (8.) Increpet te DEUS, Satan !

V. Falsum esse secundò proclamat, qvod testes illi à nostris laudati in omnibus singulisqve fuerint Lutherani ; & qvamqvam illi in nonnullis Lutherano- rum doctrinæ consentiant , in plurimis tamen afferit notoriam & palpabilem reperiri differentiam. Qvis verò nostrorum hoc unqvam negavit ? Aut qvis eorum, qvi huic operi manum adposuerunt, non diser- tis potius verbis protestatus est, non in omnibus singu- lisqve semper, sed in pluriinis, iis imprimis, qvæ ad ipsa intima regni Pontificii spectant, testium illorum nobis- cum confessionem promitti ? Testes se producere ait Flacius, qvi aut ab omnibus , (ceu fecere Waldenses apud Aeneam Sylvium : ) aut à plerisque erroribus Romani Baalis abhorruerint. De Parallelis suis in Dedicatione monet Pappus : *promittebam, velle me ex ipso Augustino omnes & singulos Confessionis nostra Augustanae articulos li- quido comprobare; & nihilominus tamen admonebam, non esse mihi ignotum, quod suas etiam opiniones ex eodem Au- gustino Pontificii soleant defendere: ipsumque Hieronymum Torrensem Jesuitam Dillinganum nominavi, qui ante an- nos viginti tres ex operibus Augustini satis crasso collecto vo- lumine id sit conatus.* Illud tamen perspicue adjeci , qvia futurum sit, ut ex D. Augustino contraria interdum testimo- nia proferantur, judicem nobis necessarium futurum esse, qui nos doceat & confirmet, quibus Augustini testimonii crede- re &

(a) Ibid. p. 94.

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

re & qvibus salvâ ipsius auctoritate fidem debeamus abrogare; atque ideo necessariò nos ad sacro sanctam Scripturam Divinitus inspiratarum authoritatem esse reversuros. In iis, qvæ præcesserant, hanc suæ assertionis rationem reddiderat: frustra talem queri Ecclesiæ omnium temporum consonantiam, ut nœvi nulli, nulla doctrinæ inclinatio appareat; adeoqve nec Papæ os vel unum ex omni antiquitate doctorem sistere posse, qui in omnibus singulisqve cum ipsis concordet. Id itaqve qvis à Lutheranis reqvirat? De Chrysostomo suo asleverat Mayerus, ostensurum se: *QVANTUM* dissentiat à Conciliabuli Tridentini decretis? Qvod & per plura capita præstat atq; subjicit sub finem: plura consensionis capita reperi, sed hæc ad confundendū adversarium suum sufficere posse. Dorscheus verò in Dedicatione admonuisse se ait collocutorem qvondam suum, virum Romano Catholicum, annon ipsi aliquando in lectione Thomæ Aquinatis conscientia dictasset, Thomam propendere in eam sententiam, quam ille persequebatur? Thomam habere hypotheses, qvibus Lutheranorum dogmata defendi possent? Thomam debilius tractare causam eam, quæ hodie pro infallibili veritate venditatur & sic tacitè confiteri, tutius in adversâ parte stari posse? Thomam eos, qui nobiscum senserunt & ab ipso diversifuerunt, nequaquam inter hereticos computare? Hæc igitur, non verò omnimodum consensum, dum in Thomâ suo confessore comprobare voluit, comprobavitque Dorscheus, iterum notanter concludit: & sic absolvimus Confessorem, inter densos errores *VERITATIS* stricturas subinde admittentem & emittentem. Ecce, Thomam profitetur Dorscheus densis sui seculi erroribus implicitum, stricturas veritatis, (sunt autem stricturæ

scin-

... . . . . . mot

VINDICARUM SPECIMEN I.

scintillæ ex igne emicantes, non flamma, plenam de se lucem diffundens) non ubique sive in omnibus, sed in his illisve subinde emisisse! Qvæ itaqve te mentis infania occupat, Arnolde, ut contra scientiam tuam & conscientiam, (qvis enim in tam diffusa omnium scriptorum lectione ignorasse te hæc credere possit?) consensus illius scriptoribus imputes, daß sic Chrysostomum, Augustinum, Thomam Aqvinatem und andere zu guten Lutheranern zu machen in grossen Büchern/ (ut nempe in longè majoribus vastioribusque libris ones hæreticos in bonos Christianos convertis tute metiple, non obstante, qvod iisdem non in omnibus singulisque assentiaris, eosdemque ut testes veritatis (\*) prolixè dilaudas) bey der handgreifflichen Misshelligkeit sich bemühet haben? Neqve est, qvod excipias, nisi scriptores illi Lutheranis in omnibus consentiant, bonos eos non fore Lutheranos. Illa enim ipsa locutio: zu guten Lutheranern machen/ crassam in Te calumniandi libidinem manifestat. Nec enim qvisquam unquam dixit, Thomam Aqvinatem bonum Lutheranum fuisse, qvæ loquendi ratio plenissimum Thomæ cum nostrâ doctrinâ consensum arguit, qvem longè a se removit Dorschus. Aut si talis cuiuslibet loquela excidit, bonus is Lutheranum non ætas, sed ætus, secundum multa hempe, aut præcipua etiam capita, qvæ nos inter & Pontificios disceptantur, & nos ab invicem dirimunt, intellexit. Verius id evidebit de Chrysotomo & Augustino enunciaveris, qui neqve iis obsepti fuerunt te nebris, qvæ Aqvinati seculum obnubilarunt, & qvæ quid erroris ex ævijam inclantis genio iisdem adhæsit,

(\*) Tom. IV. p. 760.

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

fit, id, qvippe nulla cum animi malitiâ & pertinaciâ coniunctum, facile ipsis à benissimo DEO fuit condonatum; neque adeò qualescumque illi errores boni Lutherani, si per hanc nomenclationem conformatum ad Divini verbi regulam Christianum intelligas, appellatione eosdem exuere potuerunt. Non ignorabat hæc, educatus in disciplinâ Lutheranâ *Arnoldus*, sed superiori scilicet veriorique lumine collistratus, mavult nunc cum nomine *boni Lutherani*, ( quod quia sectam sapit, sudes ei est in oculis ) non minus ac alibi passim cum nomine orthodoxi, sacros ludos agere. aliisque persuadere, ac si Lutherano quoad professionem doctrinæ nomine insigniri nemo possit, nisi qui minutiis omnibus & rixis hodiernorum Lutheranorum calculum suum addiderit. Sed reddet ille aliquando DEo, justo judici, irreverentiae hujus & contemptus, quo propriam subinde matrem consputat, gravem rationem.

VI. Tertiò admodum difficile fore pronunciat *Arnoldus*, justis argumentis comprobare, quod *Carolus V. Imperator*, desertâ sectâ Papæ ad Lutheranam accesserit, id est, ut ille denuò per consuetum sibi & confortibus suis ludibrium interpretatur, *opinionibus & controversiis* ( in quibus nempe Lutherana religio, spreta verâ pietatis praxi, unicè juxta ipsum consistit) animi quandam curam impenderit, atque adeò Lutheranâ in religione, seu morte verè Lutheranâ ( gut Lütherisch ) fuerit defunctus. Vellicat denuò Theologum de Ecclesiâ nostrâ, ut universim, ita jamdiu scriptis adversus Romanæ curiæ asseclas gloriosè meritum, *D. Jo. Frider. Mayerum.* Is enim peculiari dissertatione *Carolum V. morte Evangelicâ obiisse*

B

*adver.*

adversus Marcum Schœnmannum, Jesuitam, defen-  
dit Anno MDCXXCII. in qvâ p̄ositâ thesi : Evan-  
gelicâ morte obire, qvi in solis Christi brachiis mo-  
riens recumbit, qvi gaudia nunquam finienda ob-  
acerbissimæ passionis Iesu merita, ex merâ cœlestis  
Patris gratiâ expectat, hoc ipso modo hac vitâ funetum  
esse Carolum ait, testesq; producit, non partium studio  
suspectos, sed Papistas ipsos, fidei Romanæ filios, Fa-  
mianum Stradam, Jac. Augustum Thuanum, Pauli IV.  
P.R. Secretarium, Abbatem de S. Real. ( addit celeber-  
rimus polyhistor *Wagenseilius*, auctorem libri : *Hispanice  
dominationis arcana inscripti* , (\*) qvi narrationi suæ  
adjicit, disputasse inquisitores : annon ob id, qvod solâ  
fide salvari voluerit Carolus, ossa illius effodienda &  
comburenda essent § *Jo. Jac. Beckius* (†) adjungit Ger-  
hardum Busdragum, Episcopum Argolicensem) qvibus  
jungit Mayerus consuetudinem, cum iis in extremis  
cultam, qvide Lutheranâ hæresi vehementer fuere su-  
specti, *Jo. Ægidio*, *Constantino Pontio* & *Bartholomæo  
Caranzâ*; è qvibus Caranza atqve Pontius, mortuo Im-  
peratore, ad inquisitionis tribunal rapti ad rogum dam-  
nati sunt. Dum Evangelicâ morte obiisse Carolum  
probat, non universam laudat vitam Caroli aut religio-  
nem Evangelicam, sed moriendi tantum modum com-  
mendat, qvum non implorando Mariam sanctosqve &  
ad merita propria provocando, qvod facere, cum obe-  
unt, Pontificii solent, sed Lutheranorum more omnem  
in opera sua fiduciam abjiciendo, soliqve se Christo &  
unicè tradendo ex hac vitâ migraverit. Id enim, nec  
qvic-

(\*) In *Per.H.V.Sec.XVI.* p.542. (†) *Sym Lutherth. vob Ruth.* p. 12.  
263, 174.

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

ii

qvicqvam amplius, cœteri qvoqve, qvi de morte Caroli judicium ferunt, tradidisse comperiuntur. Lucas Osiander : *In festo Matthæi mortuus est Carolus & quidem in confessione nostræ religionis Evangelicæ, quoad articulum justificationis.* (9.) Qvoad articulum, inquit, justificationis. Ita prorsus Chytræus noster. (10.) Historia Ecclesiastica Gothana : *mortuus, meliori, ut fertur, doctrinâ imbutus. Certè qui morienti ei adfuit Theologus, Constantinus, à Philippo Filio postea ad ignem damnatus fuit.* (11.) Inter ipsos Pontificios huc digitum intendit Petrus Svis, qvi : *Pontius ante paucos dies diem suum obiverat in carcere, in quem statim à morte Cæsaris propter hæresis suspicionem conjectus. Atque ea in corpus exanime sævitia summâ consternatione mentes omnium perculit, nullam sibi aut conniventiam aut misericordiam promittentium ab eo, qvi nec cum illo mitius agendum sibi putavit, cuius infamia aliquam ignominiae labem carissimi parentis sui Caroli memoria adsperserat.* (12.)

VII. Poterat mirum cuiqvam videri, qvî tantope-re laboret Arnoldus, ut ex Evangelicè morientibus eximatur Carolus, cum nec eximant eundem fide omnino digni ex ipsâ Rom. Ecclesia Scriptores, qvod testimonii genus cæteris omnibus efficacius esse universi profitentur ; qviqve ex nostris de veritate historiæ haud dubitant, horum unicè fide nituntur ? Sed nempe Arnol-dinum animum, Indifferentismo ebrium, ipsa descrip-tio Lutheranismi, qvem calumniosè asserit à qvibus-dam nostrorum Carolo morienti tribui, apertè prodit, dum ait : *der Räyser werde sich nicht umb Meinungen*

B 2

und

(9.) Sec. XVI. p. 664. (10.) Sax. Lib. XIX. p. 126. & Orat. in Carol. p. 36  
(11.) Libr. II. p. 767. (12.) Lib. V. Hist. C. T. p. 368.

und Streit · Fragen bekümmert haben. Hoc enim  
 ēn ὁρθολόγιον ponit ei locutioni : gut Luthерisch stet-  
 ben / oder sich von der Seele der Papisten abziehen / und  
 zu andern schlagen. Sunt itaque Arnoldo : sich umb  
 Meinungen und Streit Fragen bekümmern / & qui Lu-  
 therisch seyn intenduntur & idem significantia. Indiffe-  
 rentismo enim suo omnis in religione differentia ini-  
 mica est atque adeò opus haud fuerat , ut Carolus de-  
 fertā unā religione accederet ad alteram & sectario hoc  
 malo extremum vitae suæ commacularet. Animi tan-  
 tum pietas , si beatâ defungi morte cuperet Carolus,  
 requirebatur, susque deoque habitâ illâ opinatiunculâ de  
 fiduciâ in solum Christum, non in opera sua collocan-  
 dâ, quæ cerebrina fides parum faceret ad beatitudinem  
 ipsius vel procurandam vel sufflaminandam. Utrum  
 homo solâ fide, an operibus simul vel solo etiam ope-  
 rum merito justitiam & salutem adipiscatur, rixam esse  
 scholasticam; in contentioso Theologorum cerebro na-  
 tam & ad verum solidumque Christianismum nihil  
 momenti, nihil subsidii adferentem. Qui itaque Theo-  
 logi tantopere disputatione, Carolum solâ fide, non operi-  
 bus suis innixum ex hac vitâ decessisse , atque adeò à  
 Romanæ Ecclesiæ communione sese separasse , eos  
 de lanâ caprinâ disputare & Carolum iniquè incusare  
 sectariæ illius pervicaciæ , quæ vero Christianismo è  
 diametro sit adversa. Dubitandum enim non esse,  
 Carolum ipsum sapientiorem fuisse , quam ut liticula-  
 rum harum sollicitudine tangeretur, cujus quippe una  
 cura fuerit, ut à rebus hujus seculi & infestissimis Theo-  
 logorum altercationibus remotus DEO servire unicè  
 posset. Id ut vehementius exaggeret Arnoldus, fingit  
 calum-

## DE CONFESSORIBUS VERITATIS.

6

calumnia, esse inter Theologos Lutheranos , qvi affir-  
ment, es habe sich Carolus in allem / ( nempe in al-  
len Meinungen und Streit-Fragen/ vult dicere,in allen  
Lappereyen und Zänckereyen) von der Sect der Papisten  
abgezogen und zu andern/ nempe denen Luthenanern/  
geschlagen. Nec unum qvidem nominare potest, cui  
hoc vel per somnium venerit in mentem, nedum ut id  
disertè affereret. Stolida verò esset consequentia , si  
qvis ex eo, qvod Evangelico cum solatio ex hac vitâ mi-  
graverit Carolus, colligere vellet, *in omnibus cæteris re-*  
*ligionis partibus Lutheranorum doctrinam amplexum*  
*fuisse.* Ne qvidem id seqvitur, si qvis dixerit eò qvod  
**E**vangelicè obierit, beatâ morte fuisse perfunctum. Qvi  
enim ex Pontificiis prævia errorum omnium , qvibus  
implicatus per totam vitam fuerat, & peccatorum pœ-  
nitentiâ, rejectis propriis & Sanctorum meritis, solâ in  
**C**hristum ejusque meritum fiduciâ subnixus moritur,  
is qvidem publicâ professione fidei & expressâ erro-  
rum,qvos antea toverat,reprobationeLutheranus factus  
non est, non tamen ideò salute excidit,qvia errores, si qvi-  
bus adhuc implicit⁹ est, non cum qvadam animi malitiâ  
& pertinaciâ, defendit, sed DEo ,ut cætera peccata sua,  
deprecatur,in qve Christo, qvi pro omnibus erroribus &  
peccatis justo in cœlis judici satisfecit, firmissimâ fide re-  
cumbit. Præcipue, cum qvi spretis omnib⁹ suis aliorum-  
que hominū meritis soli DEI gratiæ in Christo confidit,  
hoc ipso plerisqve Pontificiorum erroribus nuncium-  
mittat. Rectè enim de verâ justificationis doctrinâ  
judicavit Chemnitius: *est hic locus tanquam arx & pro-*  
*pugnaculum totius doctrinæ & religionis Christianæ, quo*  
*vel obscurato vel adulterato vel subverso impossibile est puri-*

B 3

catem

## VINDICARUM SPECIMEN II.

tatem doctrinæ in aliis locis retinere. Salvo autem hoc loco corruunt perse omnes idolomania, superstitiones & quicquid est corruptelarum in omnibus ferè aliis locis. (13.) Qvam doctrinam cum pro more suo elevet Arnoldus, eamque futilis & frivola contentionis nomine infamet, denuò audiat Chemnitii verba, qvasi directo studio ipsi opposita: flagitiosa & impia esset nostra ignavia, si hæc, que tanto labore & mirando beneficio DEI ex fundamentis Propheticis & Apostolicis nobis in hoc articulo tradita & monstrata sunt, vel negligenter discendo & frigidè docendo amitteremus, vel in certaminibus mollitie quādam nobis eripi patremur. Quid dixisset Divinus post Lutherum Ecclesiæ doctor, si per temporum nostrorum infelicitatem audire ipsi contigisset, surgere in Ecclesiâ nostrâ homines, qvi non ex ignaviâ & mollitie salutarem de justificatione solius fidei doctrinam labefactari permitterent; sed directo consilio & datâ operâ impugnarent, eandemque exquisitissimis ubiq; dicteriis & maledictis flagellarent? E qvibus chorū dicit Arnoldus, inqve hoc illato veræ doctrinæ bello doctori suo fidem dextramque strenue porrigit discipulus, *Christianus Democritus*. (14.)

## SPECIMEN SECUNDUM.

*De Colloqvio Emmendingensi, à Jacobo Mar-*  
*chione Badensi instituto.*

## I.

DE qvo Arnoldus hunc in modum: Er Jacobus Marg-  
graff zu Baden / stellete zwar Anno 1590. Ju-  
Em.

(13. Loco de Justif. p: 216. 14.) Vt in opusculis suis passim, ita cumptimis in nupero dupli cum titulo edito libello de Justificatione. Nisi forte aliis sit Christianus Democritus, alias Democritus Christianus, qvi tamen in ipso, qvod tractant, argumento amicissime conspirant,

## DE COLLOQVIO EMMENDINGENSI.

15

Eiñendingen im Brisgaw noch ein Colloquium an/ dar  
innen 7. sessiones gehalten wurden / intenderheit zwis-  
schen Johanne Pappo dem Straßburgischen Theologo  
und Georgio Hænlino , und zwar von der obigen ma-  
teri, nemlich dem articul von der Kirch und ihrer staten  
Währung. Wobei es aber widerumb sehr confus zu-  
gtenge und die affecten sich allerseits heftig eusserten /  
daß es auch einen so elenden Aufgang gewahn / daß  
die Papisten nicht gnug triumphiren und pralen kunte[n].  
Allegatur Historia Colloqvi Emmendingensis , à me  
ante duodecennium edita , c. II. sqq. (1.)

II. Delatum est ante complures annos , cum ad.  
huc Durlaci in Aulâ & Gymnasio sacris functionibus  
præesse, ex Archivo Serenissimi Principis in manus  
meas Protocollum Colloqvi hujus Emmendingensis ,  
calamo *Laur. Schyrii*, Concionatoris Aulici , qvem ad  
Colloquium Emmendingense suo nomine ablegaverat  
Ernestus Fridericus, Marchio Badâ-Durlacensis,in ipso  
colloqvio exaratum & Principi postea suo exhibitum .  
Id unâ cum Historiâ hujus Colloqvi , ex variis monu-  
mentis , editis ineditisqve , (qvâ in re eximiam mihi  
operam & humanitatis prorsus singularis officium præ-  
stítit illustris Jctus , Jo. Schilterus , qvod adhuc grato a.  
nimo agnosco) anno superioris seculi XCIV. in publi-  
cum evulgavi. Demonstravi singulari capite , (2.)  
qvamqva ex Pontificiorum parte non tumultuariè  
tantum universa & sine ordine , sed per fœdas etiam  
præstigias & omne officiarum genus , ut Pappo impo-  
nerent eundemqve contunderent, acta fuerint, intra me-  
tas tamen se suas ita continuisse Pappum , ut admirabi-

li

(1.) Sec. XVI. p. 200. (2.) Cap. XII. Item c. V. & seqq.

lis ipsius modestia & singulare disputandi artificium, & sacra eruditio, eaqve varia & exacta, ubiqve eluxerit & meritò commendaretur. Hoc tantum historiæ narrationis lumen commovere *Arnoldum* non potuit, ut à consuetâ sibi censendi perstringendique licentiâ temperaret. Nec enim officium se fecisse historici ab affectuum dominio vacui perswasus est, nisi id laudaverit, qvod alii reprehendunt, vituperet, qvod alii probant & dilaudant.

III. Quid itaqve est, qvod in parté Lutheranâ meritò desideres? Affectuum intemperies, ait *Arnoldus*, ubiqve ita sese prodidit, ut miserrimus seqveretur eventus, neqve Papistæ de victoriâ à parte Lutheranâ obtentâ, satis gloriari, satisqve triumphorum agere potuerint. Lata nempe sententia est à judice. Dixit *Arnoldus*, fallere & falli nescius. Ratio ex ipso colloquio nulla addita est, qvia ex Spiritu loquitur & in præsenti negotio egerunt Lutherani, homines qvippe rixosi & DEI Spiritu destituti. Et qvid testimoniis opus est, infelix rem omnem manifestat eventus. Deseruit Lutheranam religionem Jacobus, provincias sibi subjectas Romano jugo subjicit. Reportata à Papæis victoria est, posita tropæa, acti triumphi.

IV. Meritò dubites, utrum historiam hujus Colloquii legerit *Arnoldus*, an verò, qvod verisimillimum mihi est, titulos tantum capitum inspexerit? Neqve reqviri etiam ab uno homine potest, ut in arguento, per omnia seculorum tempora diffuso, omnia rerum gestarum monumenta, qvod in viribus humanis non est, intra id præcipue ætatis spatium, in quo constitutus

cum

## DE COLLOQVIO EMMENDINGENSI.

17

rum fuerat *Arnoldus*, aut legat curatè aut expendat. Sed verò id si facere non possit, à temerario judicio, qvod ex historiæ ignorantia non cœcum & iniqvum esse non potest, temperare sibi debet. Qvod verò colloqvi historiam haud legerit *Arnoldus*, id indicio est, qvod principes in colloqvendo personas ignoret & Zehendero, Jacobi concionatori Aulico, qui cum Pappo congreslus est, substituat Hænlinum, Rectorem & Professorem Friburgensem. Qui ex viciniâ advocatus à Marchione fuerat, non ut eandem disputationis aleam subiret, qvod & dicente Principe recusaverat, sed ut de sententiâ Romanæ Ecclesiæ, sicubi opus torret, eamque Lutherani in dubium vocarent, testimoniuin reddebet. En ipsa Principis verba: *Heri Rectorem Friburgensem rogavi, velie huic colloqvio adesse, non ut disputeret, dessen Er sich auch beschwöhret, (conscientiâ ne infirmitatis, an desperatione causæ, incertum)* Sed propterea, qvia nuper in qvodam loco nobis objectum fuit, es sche der Papisten Meinung nich! was wir Ihnen fürgerörssen; so haben wir Ihn als einen Papisten/dazu erkeiten/ daßj nige zubezeugen.

(3.) Qvemadmodum & ipsa Protocolli nuda inspectio id docet Et qvamq; nonnunq; interlocutus fuerit Hænlinus, qvod rarissimè factum, ex eo tamen tam collocutoris personam sustinuisse dici non potest, ac vel ipse Princeps collocutor non fuit, qui longè frequentius immò frequentissimè intercessit, vel Nysæus, Ecclesiæ Emmendingensis Superintendens, antea Professor Academiæ Basileensis, vel Casparus Ingeranus, Pastorum Hochbergicorum citra dubium unus, qui & ipsi symbola interdum sua contulerunt. (4.) Qvam negligenti igitur oculo historiam colloqvi inspicerit *Arnoldus*, vel hinc liqvet. Ex quo clarissimum est, & reliquum de ipso colloqvio judicium ex cœcâ ignorantia, cum illâ, qvæ totius operis Historico-Hæretici primum ultimumq; fundatum est, præsumptione, ac si nihil rectè unq; post unum alterumq; à cœptâ reformatione annum intra Ecclesiam Lutheranam à Theologis actum fuerit atq; adeò necessario ad novi & Luthero longè doctoris meliorisq; reformatoris, *Arnoldi*, religionem, qvippe nulli sectæ obnoxiam, ab omni carnali

C

sapien-

(3.) Vid. Protoc. p. 6. (4.) Vid. Protoc. p. 56. Et Histor. p. 178.

sapientiâ longè remotam & Spiritu plenissimam accedendum sit, conjunctâ unicè profluxiste.

V. Cœterum revoco *Arnoldum* ad fidem historicam, eamque, qvod reqvirit maximè ipse , à partium studio remotam, utrum vel syllabam unam in universâ de hoc colloqvio narratione, ipsoqve in primis Protocollo, vel indicium etiam ullum aut vestigium reperiri liceat, è qvo constet , vel affectibus unquam indulisse Pappum, vel qvacunqve ratione dedito occasionem, cur collocutionem vel infelix fuerit secutus eventus, vel Papistæ de re in colloqvio probè & masculè gestâ jure meritoqve triumphare potuerint ? Id nisi liqido certisqve ex documentis ostenderit , malitiosi calumniatoris , cum contrarium ex omnibus paginis scire potuerit , & ne proximo suo fœdam & tam atrocem injuriā inferret , scire debuerit , notam nunquam effugiet. Demonstravi immotis argumentis I. re quæsitum fuisse Pappum ad Principem sine ullâ habendi colloqvii significatione & ad colloqvendum, qvod tanquam imparatus declinaverat , precibus , obtestationibus & vi qvasi quadam ab Ecclesiæ ministris ipsi illatâ pertractum , qvippe qui speraverant fore, ut ad sanam mentem rediret Princeps, nec Ecclesiæ ipsorum periculum crearetur. (5.) II. Pappum sub specie privati de religione colloqvii, sibi mit ihme in causâ religionis gnädig zu unterreden/ ad colloqvendum pertractum , Principem tamen in ipso congressu perpetuum habuisse adversarium, cum tamen persuasus fuerit Pappus, se Principis personam & religionem ipsius Lutheranam adversus Pistorium & creaturas ipsius tueri debere. (6.) III. Pappum causam agere debuisse Ministerii Hochburgici, Marchioni tanquam hero suo obseqvii & insimæ reverentiæ sacramento subjecti, contra quem ne hiscere quidem poterant, nisi carceres illicò iisdem & extrema qvæque minaretur. (8.) IV. Pappum Ministerii personam repræsentare, cui tamen permisum non fuit, cum Ministerio sententias conterre. (8) V. Pappum adigi ad disputandum & materiam tamen, qvam vel defenderet, vel

(5) Pag. 202. §.VII. (6) Pag. 205. §.IX. (7) Pag. 203. §.IX.  
(8) Pag. 210. §.X.

vel impugnaret, haud proponi, adigi verò econtra ad vagas Prin-  
cipis qvæstiones & scrupulos eundem vexantes in publico con-  
gredientium actu respondere. (9.) VI. Pappo concessum non  
esse, ut certis legibus & legitimo ordine disputatio coēceretur,  
abs qvibus contusio devitari non poterat. (10.) VII. Pappum  
summā & incredibili modestiā in toto disputationis cursu uten-  
tem, impari à Principe modestiā tractatum, nec sine Pistorii & Au-  
licorum contemptu & ludibrio dimissum fuisse. (11) IX.  
Pappo ad plurimas objectiones concessum non esse, ut responderet,  
sed anteqvam absoluta eslet responsio, interloquendo id efficere  
conatam esse partem adversam, ut ne in Protocollo posthac re-  
sponsiones ad objecta legerentur. (12) X. Protocollum, ne vel  
de clade alterutrius partis vel de victoriā testari posset, à Principe  
abolitum, saltem auctoritatē Protocollis publicam ademptam  
esse. (13) Qvæ omnia singulaqve convincunt, Pappu n unā  
cum parte Lutherañā, qvantumlibet potentioris partis violentiā  
& technis pressum, nihil tamen unqvam commisile, qvod vel  
veritati præjudicaret, vel personā suā eslet indignum, adeoqve  
iniqvissimè scripsisse Arnoldum, ex utrāqve parte affectuum  
vehementiæ frena laxata esse, occasionemqve ex eo Pontificiis da-  
tam, de victoriā sibi gratulandi.

## SPECIMEN TERTIUM.

*De Lutherō & qvibusdam ei vel objectis vel  
adscriptis.*

### I.

**Q**uamqvm primis reformationis suæ annis Lutheri ministe-  
rium verè Christianum, DEoqve acceptum & hominibus sa-  
lutare fuisse profiteatur *Arnoldus*: anfänglich findet man ein vor-  
trefflich Bildnis eines Evangelischen wahren Christen und Lehrers an

C 2

Jhm

(9.) Pag. 211. §. XI. (10.) Pag. 212, §. XII. (11.) Pag. 213, §. XIII. (12) Pag. 218.  
§. XIV. (13) Pag. 220, §. XV. (14.) Pag. 225, §. XVI.

Ihm in den ersten Jahren und nach dem ersten Grund der Christlichen Ehre / darinnen er voller Krafft gewesen und warhaftig von Gott mächtiglich regieret und gebrauchet worden / als ein theures Werkzeug seiner Gnaden ; (1) qvamdiu nempe lub cruce & persecutio pressus fuerit & afflictus , neqve in illâ vel tutelam ab hominibus vel solatium habere potuerit, quo statu omnium optimè cum Christianismo sit comparatum ; negari tamen non posse ait, qvamprimum certamina cum adversariis initium sumpserint, (ben angehendem Gesetz und da der innerliche Streit unter denen Luthern angenommen) animumqve ipsius hominum laudes & encomia extulerint, Luthero accidisse id, quod & alii Ecclesiæ doctores , cum efferuntur animo tuo, pati soleant : so bald das Herz einen sichbahren Schutz und Trost mercket/ so bald will es oben auf/ und kennet sich mitten in dem Ausbruch des Hohmuhs selber nicht/ fängt an über Andere zu herrschen/sich selbst aber groß zumachen/ und zwar meistens unter dem größten Schein des Eifers/der reinen ehre der guten Absichten / ja auch der Demuth und Sanftmuth selber. (2.) Qvæ & de Luthero deqve Lutheranâ Ecclesiâ post prima reformationis initia vera fuisse, adeò ut Lutherus ipse, antea modestus, pacificus & humilis , longè à se se tactus fuerit diversus & Ecclesia ab ipso quasi noviter ad veram solidamqve pietatem plantata in rixas & certamina de controversiis cum vario sectarum genere degeneraverit, ex quo veræ religionis totalis corruptio & prolaplus vivente adhuc Luthero & longè magis adhuc eo fatis functo fuerit secutus, ex instituto per integrum seculi decimi sexti historiam comprobare adlaborat.

§. II. Eqvidem nemo unquam nostrorum fuit, qvin approbaverit id, quod de Luthero tulit judicium, optimus sapiensqve Joach. Camerarius, cujus verba & Arnoldus sua facit: Wann vorerstliche Leut etwa wo anlossen/ so kan es selten ohne Eout und Merckmahl abgehen. Hie sehe ich aber/ daß die Erzählung etwas möglich seye. Dann ben eilichen ist Lutheri Mahn so sehr verhaft/ daß sie Ihn auch gleich / wann si Ihn hören/ verfluchen. Hingegen können einige wiederumb nicht leiden / daß auch daß geringste an seinen Worten

(1.) Sec. XVI. p. 45. (2.) Ib. p. 46. &c. 6.

Worten und Werken getadelte wurd und wer das ihue den schelken und schrechen sie alsobalden vor einen Odulosen Mann aus. Ich halte davor / man müsse erzählen / was man erfahren und wahr zu seyn weiß und dabei weder Misgunst scheuen / noch Gunst suchen. Wer dieses vor grosse und berühmte Leute schwipflich hätte wann da an etwas tadelhaftes an ihnen bemercket / der hat gar zu einem milden Begriff von dem Zustand der Leute. Dann GODE allein hat diesen Vorzug / daß er ohne Fehler ist. Die Menschliche Natur aber ist dessen nicht fähig ; [3.] non tamen ideo vel detecta Noæ pudenda à filiis aliorum risu exponenda sunt, ut non detestari tantum piorum beneisque de Ecclesiâ & pietate meritorum vitia & detectus, sed contemnere quoque & parvipendere id boni , qvod ineffabilis DEI virtus per ipsos in hominum salutem operata est, discant, vel in vitiorum erratorumque numerum referenda ea sunt, quæ recto Divini verbi judicio laudem potius prædicationemque merentur, vel denique ipsi una cum instituto suo, ad DEI gloriam & Ecclesiæ salutem directo, prorsus de ponte præcipitandi atque pietatis doctrina, ab ipsis masculè & omnium cum aplausu defensa, sub carnalis & Anti - Christianæ contentio- nis nomine traducenda est. Id verò unicum Arnoldi scopum esse, ut doctorum Ecclesiæ etiam optimè dicta atque facta ele- vet & suggilleret, nævos verò non excusat sed exaggeret & in tra- bales errores convertat, eos etiam , qui pro hostibus veræ Ec- clesiæ omnium judicio antea judicati sunt, excusat, laudet, in cœlum tollat, non aliam ob causam, quam quia de veritate doc- trinarum fidei parum solliciti à controversiis omnibus alienum gesserunt animum & soli morum pietati externa se specie dedi- derunt , cum è contra orthodoxi Lutheri exemplo de dogma- tibus Theologicis, ut locutionibus Arnoldinis utamur, rixati fue- rint , sectas fecerint, hæreses condiderint & pios viros à coetu suo separaverint, verius autem loquendo Indifferentismo virili- ter obstiterint, cœcus sit , qui non videat. Hunc finem ut assequatur, sollicito curatissimoque studio ut aliorum Theolo- gorum , ita cum primis Lutheri, cuius præ cœteris majorem

C 3

intra

3. Ibid. p. 47.

in Ecclesiâ nostrâ auctoritatem esse novit, maculas con-  
qvirit, amplificat; etiam optima qvælibet suspecta red-  
dit, carpit, infectatur. Æqvum itaqve est, ut virum de Eccle-  
siâ nostrâ bene meritum & in bellis pro gloriâ DEI & veritate  
gestis qvendam quasi ducem & antelignanum ab impactis inju-  
stè criminibus defendamus. Nos impræsentiarum qvædam tan-  
tum eorum, qvæ ex Epistolis ad Marbachios exaratis, Luthero  
vel objecit *A-noldus*, vel ipsi ab aliis adscripta in vitio poluit, qvan-  
tâ fieri poterit, brevitate consideraturi sumus.

III. Itaqve I. majorem vulgo, qvam par erat, auctorita-  
tem Lutherò tributam esse conqueritur: im übrigen seind freylich  
gedachte massen andere mit auzuabergläubischer Verehrung seiner  
Person etwas zu weit gegangen! womit dem guten Mann selber nicht  
viel gedienet gewesen. (4) Subjicit exempli loco: Wie er dann von  
sich bekennet / als Melanchton die Studenten abgerichtet hatte /  
dass sie im Collegio vor Lutherò aussunden: Ich wolle das Phi-  
lippus mit seiner Ordnung ein gut jahr hätte. Ich muß allemahl  
des Aufschagens halber eiliche Vatter unser mehr betten und wann ich  
bisweilen dörffte / gieng ich ungelassen davon. Eqvidem is honor  
reverentia civilis fuerat, qvam à discipulis præceptorí cuivis expon-  
beri non culpâ tantum caret, sed in scholis etiam trivialibus ab-  
iis, qui iisdem præsunt, literarum alumnis merito injungitur. Si  
tamen, quo minus id fieret, insuetum antea fuerat, & ea vene-  
ratio aliis in eadem cathedrâ doctoribus præstata non est, qvos  
forte sedendo, solum Lutherum stando, audiverant, merito Luthe-  
rus à more isto insolenti alienum animum ex modestiâ restatus  
est. Tanti tamen momenti res ista nequaquam fuit, ut subjici  
ideò hanc gnomen necesse fuerit: Und gewiſſlich wo nicht man-  
che rechtfäſſene Lehrer durch anderer leut unbesunnene Erhebung  
aufgeblähet würden/ man würde nicht so viel raurige Fäſle und Aer-  
gernisse hören. Qvalem nempe typhum Lutherò subinde, post-  
qvam rixis & disputationibus operam dare cœpit, adscribit. Aliud  
verò ex Epistolis Marbachianis adfert hujus tumoris exemplum,  
ex Petri Patientis epistolâ, qui Hartmannum, Ministerii Fran-  
cotor.

4.) Sec. XVI. p. 48.

cōfūtāni Sēniōrem, vocaverat unum ex veris Christi, & Lutheri ipsius discipulis. (5.) De quo hanc censoriam virgulam subjicit Arnoldus. Weshwegen sie sich auch nennen Christi und Lutheri Schüler zugleich / oder Christ-Lutherisch / ob wohl an jenem übrig gnug gewesen. Unicum Patientem nominare potest, hac locutione utentem. Sed id tamen toti Ecclesiæ nostræ Ministerio (hac enim technâ, hac piæ fraudis decipulâ imperitis in toto ope- re imponit) adscribendum fuerat, ut tali Δοπθεωση ab omnibus cultum esse Lutherum Indifferentismi Candidatis è facilius peruvaderetur. Quid vera peccavit Patientis? Igitur & pec- cavit Gideon, qui hoc symbolum ante prœlium Israëlitas proclamari jussit: *hic gladius Domini & Gideonis?* (6.) *Conjungun: ur,* ait D. Seb. Schmidius, *Jebova & Gideon, non ut pares, sed ut sum- mus Imperator & inferior, ut ostendant, se non confidere in Gideone, sed in Jebova, cuius Gideon minister & instrumentum esset.* Ita planè sese habent discipulus Christi & Lutheri. An forte etiam peccarunt Apostoli & Seniores Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quando in sententiâ Synodicâ: est visum, ajunt, *Spiritu Sando & nobis?* (7.) Ad quem locum Canutus Lenæus: *Spiritu S. ut decreti auctori, nobis, ut organis, quibus usus est Spiritus S.* (8.) Quid igitur Stoma- charis, quid succenses Patienti, Arnolde, quod exempla sanctissimorum virorum, quæ ad imitationem nobis nostram in lite- ras relata sunt, (9.) iecutus, pium Ecclesiæ ministrum discipu- lum Christi, tanquam doctrinæ, quam complexus fuerat, pri- marii auctoris, & tamen simul Lutheri, *tanquam pretiosi Divinæ gratiæ organi*, (tuum ipsius hoc encomium est) discipulum ap- pellaverit? Sed verò Tibi satis fuislet, Christi discipulum dici, ut sub generali hoc nomine religionem tuam universalem eo ar- tificiosius occultare potuisses.

IV. Sed nec II. patienter ferre Arnoldus potest, Lutherum sanctum & Divinum vocari. Man hat auch kein Bedencken getragen / wieder die sonst gemeine Praxis der Lutheraner Lutherum nach seinem Tode heilig / den heiligen Mann / item den Göttlichen Lu- therum

(5.) Suppl. Hist. Eccl. p. 557. (6.) Judic. VII. 20. (7.) Act. XV. 28. (8.)  
Ad Act. p. 468. (9.) Phil. III. 17.



### VINDICARUM SPECIMEN III.

24

therum junerinen. (10) Allegat ex Epistolis ad Marbachios scri-  
ptis duas Wilb. Bidembachii epistolas, in quibus sancti & Divini  
nomine Lutherum insignivit (11) Ex quo colligit subtilem qvan-  
dam idolatriam, eine subtile Abgötterey / da man Lutherum  
alsuhoch und fast über Menschliche condition erhöhen. Actum eā  
de re in Disputatione: *Critica in Arnoldi Criticam*. (12) Inque-  
alia de Sanctitate Ministerii Ecclesiastici ex instituto. Erat equi-  
dem sancti Diviniqve cognomen in Lutheranā primum Ecclesiā,  
sive vivos reticias, sive defunctos, ideo insuetum, quia in eum  
abusum in regno Papali venerat, à quo rectius edocti aliquan-  
do abhorrebat. Ex quo tamen absurdè atque iniqve colli-  
gas, non æqvè posse illud iis, qui & inculpatam in hoc mundo  
vitam duxerunt, & Dei gloriam Divino cum successu promove-  
runt, quando hinc deceperint, attribui, ac illud Apostoli jam  
suo tempore quibuslibet ex gentilismo convertitis adposuerunt.  
Hi enim passim ἄγιοι vocantur. (13) Nec vero homo divinus  
aliud quid est quam homo pius & sanctus. Unde conversatio in  
simplicitate & puritate DEI à Luthero ipso redditur der Wan-  
del in Göttlicher Eauterkeit. (14) Ζωὴ καὶ ἐυσέβεια ipsi est ein göt-  
sicher Wandel. (15.) ὁ ἴδιος οἶκον ἐυσέβεια , Ihr eigen Haus  
Göttlich regieren. (16) Si itaque ἐυσέβεια ipsa sancta & Divina  
vita est, cur hominem, qui pietati ex toto animo addictus fuit &  
in istâ pietate vitam conclusit, sanctum & Divinum, Scripturæ  
usu & consuetudine, quicquid sit de seculi more, cognominare  
non possim? Cur prædicata ista, vulgaribus quibusvis homi-  
nibus in sacris tributa, sublimiora sint, quam quæ Luthero, tanto  
DEI, quod *Arnoldus* ipse agnoscit, servo, convenire possint, aut  
quæ humanam quamcunque conditionem excedant? Sed vero  
innocua quamcunque in calumniandi ansam arripienda fuerant,  
tantum ut rixosi Lutheri auctoritas depressa vileceret & Indiffe-  
rentismi Helena thronum occuparet,

V.Jam

(10) Sec. XVI. p. 48: (11) Epist. Marb. p. 264. 269. (12) §. 3.  
(13) 1. Petr. I. 15. Ro. n. 1. 7. 1. Cor. I. 2. & innumeris aliis in locis. (14.)  
1. Cor. I. 12. (15.) II. Petr. I. 3. (16) 1. Tim. V. 4.

V. Jam III. conqueritur Arnoldus ; es seye gewiß / daß  
 Viele von Muswārtigen und Andern sich daran geärgert/wann man  
 Lutheru eine so gar absolute Unbeirüchtlichkeit beygeleget / welche  
 doch seinem sichtlichen Menschen zukommt / er seye auch noch so  
 hoch begabet ; (17) qvod factum esse à nostris inter alia quoque  
 ex ejusdem *Wlb. Bidembachii* epistolâ comprobatur, in quâ in  
 Johannis Marbachii amorem & venerationem ex eo quoque  
 adductum se fuisse commemorat, *quod cognovisset sancti Lu-*  
*theri spem, de ipso juvēne olim conceptam & gravissimum de ipso*  
*pronunciatum testimonium*, (erat enim à Lutheru summo in  
 Theologiâ gradu ornatus , ceu ex testimonio Epistolis ad  
 Marbachios scriptis à me præmislo patescit) *ex quo ignis amo-*  
*ris erga ipsum accensus sit vehementius. Nam quem, inquit,*  
*Divinus Lutherus commendavit, is certè coram DEO & hominibus*  
*commendatus est.* (18.) Hocne est, absolutam infallibilitatem  
 in rebus fidei, de quibus eo loco quæstio est, Lutheru adscri-  
 bere ? A quocunq; quis ita commendatur, ut coram DEO  
 & hominibus commendatus sit, is est absolutè infallibilis. Bone  
 DEus, quale hoc est consequentiæ monstrum ? Qui in virum  
 sincerâ, quantum ex exterioribus colligere licet , pietate &  
 animi integritate omnibus conspicuum , hanc collocat confi-  
 dentiam, neminem eundem commendaturum esse, nisi judicio  
 is Divino pariter hominumque suffragio commendationem  
 mereatur, is DEI dona æstimat, non verò hominem in solium  
 Divinæ infallibilitatis transponit. An forte & Deus ipse Hiobo  
 infallibilitatem in ipsâ dæmonis & calumniatorum principis  
 facie adscripsit, quando de eodem pronunciavit: *non est si ut ille*  
*in terrâ vir perfidus & rectus, timens DEI & recedens à malo?* (19)  
 Et quando Hiskias ita celebratur : *Non fuit par illi inter omnes*  
*reges Iude. Adhæsit enim Jehovæ, non recessit post eum, sed custo-*  
*davit præcepta ejus. Et fuit Jehovah cum illo. In omnibus, ad quæ*  
*exivit, prudenter egit ;* (20) utrum si quis eo vivente, qui à tam  
 pio atq; prudente principe laudatus fuerat , pro verè laudato,

D

id est,

- (17.) Sec. XVI. p. 48. (18.) Suppl. p. 299. (19) Hiob. l. 8.  
 (20) II. Reg. XIII. 5. l.

id est, coram DEO & hominibus laudem promerente, sine idolo-  
latriæ criminè haberi non poterat? Cur ab eo, qvi Deum timet  
& ejus mandata, ne qvodcunq; eorum transgredietur observat,  
& cum qvo Deus ipse est, non id profici sci confideremus, qvod  
coram DEO hominibusq; laudabile est? Nempe innocua *Bidem-  
bachii* locutio in sensum sinistrum & malignum abripienda fu-  
erat, ut deprimi vel aliquâ cum specie Lutheri existimatio posset.  
Expendat interea apud se *Arnoldus*, annos excellentius qvid  
ipsâ infallibilitate ipsimet adscribant, qvi in cœlum eundem ve-  
hant & solis à DEO inspiratis libris Historiam ipsius postponunt?  
Inter qvos D. Christ. Thomasius: ich halte des Herren Arnolds  
Historie nach der H. Schrift vor das beste und nützlichste Buch/  
das man in hoc scribendi genere gehabt hat und schaue mich  
nicht/ dasselbe allen meinen Auditoribus hiemit auf das nachdruck-  
lichste zu recommendiren / und wann sie das Geld dafür Ihrem  
Mund absparen oder erbettelen solten. Qvod judicium Arnoldo  
adeò non displicuit, ut amici sui librum, qvo id commendaba-  
tur, Auffrichtige Unmerkungen dictum, Supplementis suis tan-  
quam infallibile veritatis testimonium insereret. (21)

VI. Intolerabile IV. esse existimat Arnoldus, alios ad imi-  
tationem severitatis in scribendo, qva usus est Lutherus, invi-  
tare. Eo nomine reprehendit *Wolfgangum Kæteritum*,  
magno adversus ipsum iræ æstu incensus: es ist bekant / in-  
qvit, wie Lutherus unter andern eines feurigen heftigen Gemüths  
gewesen (paulò ante ita descriplerat: er habe ein durchbrechendes  
hitziges Temperament gehabt / das sich an nichts leicht binden lies /  
und gern die Andern unter sich brachte oder nach sich sog) und da-  
her in manchen Reden und Actionen so excediret habe/ das hernach  
die Widersacher viel Anlaß davon genommen/ übel zu urtheilen. Ja  
was noch ärger ist/ so haben viel von seinen Liebhabern auch darin-  
nen lieber wollen Nachfolger sein/ als in seinen Tugenden / oder in  
der Sanftmuth und Liebe Christi. Darunter auch wohl dieser von  
Adel gehörte/ der einmahl seinen Effter an denen Reformirten se-  
hen lassen wolle/ und den Theologum Jo. Marbachium zum di-  
sputi-

(21) Pag. 335.

sputiren gegen Sie auffreizze / unter anderh auch mit dem Exempel  
 Lutheri : (verba Koeteriti) der the ure Mann Gottes Lutherus  
 hat wohl gewust / daß man sie nicht soll Gnadjunker heißen / hat  
 Ihnen dahero so redlich über die Camillen gewackt / wie in seinen  
 Scriptis de verbis Christi richlich zu befinden / daß man sich nur  
 darauff referiren kan und doch zuzeiten ein asperges mit braucht /  
 daraus ein Christlicher Hysper zu spüren. Werdet dieser gutherzigen  
 Erinnerung ferner nachzudenken wissen. (22.) Erat tum  
 Koeteritus minister aulæ Bipontinæ, in controversiis Theolo-  
 gicis ut benè exercitatus, ita veræ doctrinæ, in primis adversus  
 Calvinianos, qui tum Ducatum illum maximam partem occu-  
 paverant, singulari fervore addictus. De quo testantur omnes  
 epistolæ ipsius, corpori epistolarum ad Marbachios scripta-  
 rum magno numero insertæ. Cumque Calviniani in primis  
 in vicino Electoratu Palatino rem suam strenue acriterque  
 agerent, Theologi verò ex nostris partibus nonnulli videren-  
 tur ex modestiæ intempestivæ studio remissius veritatem de-  
 fendere , non defuerunt subinde sive ex politico sive ex Eccle-  
 siastico ordine, qui nostros ad eam severitatem cohortarentur,  
 quæ expugnandæ adversariorum pertinaciæ magis idoneæ  
 esset. Revocabant sibi quippe in memoriam exemplum Ser-  
 vatoris sui, qui quamquam mitis fuerit & humilis corde, eosq;  
 qui discendi cupidi cum ipso dislerebant , leniter, verecundè  
 & singulari cum amoris contestatione alloquiebatur, apud illos  
 tamen, qui veritati se præfracte opponebant , gravitatem &  
 severitatem, attractis quasi supercilii & fronte rugosâ, adhi-  
 buit, nec verbis quoque & invectivis acerbioribus parcens.  
 Vocavit enim eosdem lupos rapaces , vulpes , serpentes atque  
 viperarum progeniem, fures atque latrones, hypocritas & men-  
 daces. Nec Apostoli semper placidâ, & paternâ errorum vir-  
 torumque correctione, sed duriore invectivâ & sancto quo-  
 dam convitio, ut nonnemo Theologorum loquitur, in tractan-  
 dis adversariis usi sunt. Appellarunt eos incircumcisos corde  
 & auribus, proditores & sicarios, filios Diaboli, plenos omnis-

D 2

doli

(22) H.E.&amp;H, Sec, XVL p.50. Ex Epist. Marbach, p.168.

doli & omnis fraudulentiae, hostes omnis justitiae, stultos & fascinatos, canes & malos operarios, ministros Satanæ, vanilovos & seductores, AntiChristos & magistros mendaces. In primis verò si adversarii suis criminacionibus & maledictis, toti mundo manifestis, nos irritaverint, longeque iniqius & atrocius in nostros nostramque doctrinam fuerint locuti, jam olim celeberrimus de cœtero pietatis docttor, *Vitus Ludov. Seckendorffius*, id jure ipsis contingere judicavit, quod prædictum Christus: *eādem vobis mensurā metientur, qvā ipsi mensi estis, immo majore, nempe mensurā bonā, pressā, agitatā & superfluente.*

(23.) Jam verò conqueritur Kæteritus in hac ipsâ Epistolâ, palam esse, wie ungüig und unbrüderlich die Sacramentirer sich halten, davon zeugen ihre Conciones und Scripta und die Præfatio Calvini ad Electorem Palatinum super Jeremiam Prophetam; Marbachium verò videri erga eosdem paulò moderationem. Die Gelindigkeit / inquit, in euarem Scripto würd vielen Weltweisen gefallen und sie bewegen / dasselbe desse eher zu lesen / und sich daraus zu besseren. Dann ihrer viel seind in der Opinion, als solle man sauffmühig und brüderlich wider die Sacramentirer handlen. Item das sie nicht für abgeschnittene Glieder der Kirchen Christi zu achten/noch zu meiden. Da ihr nun solchen Locum nicht alberreit explicirt / oder zu expliciren vorhabens / wäre es nöthig und nüglich / dass es ausführlich geschehe / zu Unterrichtung vieler Leutel welche Ihnen nicht genügen lassen an der Ehre Pauli: wer euch ein ander Evangelium lehret / als ich / anathema sit. Item einen Käger soltu meiden / wann er ein oder zweymahl verinahnet ist. Item was hat das leicht für Gemeinschaft mit der Finsternis? So soll man nicht ziehen an frembdem Joch mit den Ungläubigen. Aus diesen Sprüchen habe ich so viel gelernt / dass ich keinen Sacramentirer / so lang er in seiner Opinion verharret / soll noch kan für meinen Bruder halten und traciren / sondern lasse Jhn Gottes gerechten Urteil besohlen seyn. Itaque metuens, ne Marbachius immodem.

(23) Libr. III. des Christenst. c. X. §. 3. ex Luc. VI. 38. Videatur hac de refusus Disputatio nostra de præcipuis Oratoris Eccl. virtutibus, p. 40. seqq.

moderatâ qvadâ continentia & alios faceret somnolentos, ad vehementiorem objurgationem, allegato Lutheri exemplo, eundem cohortatur, adjectis gravissimis admonitionis suæ fundamentis. Qvâ in re qvid vel Lutherus peccaverit, vel *Kæteritus*, dum Christi & Apostolorum vestigia presserunt, ne Argus qvidem viderit. Recieque *Kæterius* in sequentibus verbis, qvæ, dum se iisdem perstringi sentiebat *Arnoldus*, studiò omisit: gesäßt es nicht allen S' hñn/ daran ist nichts gelegen/ dann solchen jarien Ohren gefäller doch das ganze Evangelium nicht / wie aus ihen Früchten genugsam erschauet. Qvomodo verò placere hoc *Arnoldo* poterat, qvi nunquam acerbiori exardet iracundiâ & stomachum vehementius movet, qvam cum durius qvodcunqve verbum cuitunqve adversus Calvinianos excidit, qvippe qvi pectori ipsius intime inhaerent, istudqve conceptum adversus Lutherum odium non ex ullâ aliâ re magis ortum duxisse videatur, qvam qvod adversus Zwinglium tèveriore calamo veritatem defenderit. Hoc ipso enim à simplici pietatis studio, qvo reformationem suam cœperat, ad veteris rixandi altercandiqve cacoëthes miserum Lutherum delapsum esse *Arnoldus* contendit. Sed qvi cum *Kæterius* persuasi sunt, Calvinianos à sanâ doctrinâ recessisse & periculatos damnabilesqve in sinu suo fovere errores, qvâ conscientiâ iis non dicere anathema & importunè oportuneq; instando vaniloqvis illis & mentium deceptoribus, qvi integras regiones pervertunt, docentes, qvæ non decent, non os obturare debeamus? (24) Sicubi in Zelo excesserit Lutherus, qvod & Calviniani fecerunt, non ideo ipse elenchus falsorum dogmatum, etiam exemplo Christi & Apostolorum acer & severus, ad qvem unicè provocat *Kæterius*, castigandus est, sed cogitandum illud Apostoli: εἰ τὸ ἔγενη μεν, Θεώ.

VII. Equidem in supplementis *Arnoldus* testatur, nihil se detractum Lutheri laudibus velle & jam hunc ipsum in finem in ipsâ Ecclesiæ & Hæreticon historiâ adversus omnes

D 3

impu-

(24.) Tit. I. 10. II. 11. Tim 1V. 2.

## VINDICARUM SPECIMEN IV.

30

imputaciones sese præmuniisse ; Wie er alles vor Gottes Augen geschieben und aus keiner Absicht / dieses herrliche Werkzeug auszunützen / oder denen boshaftigen Lästerern im Papstum beizupflichten. (25) At verò quam temeraria isthæc est ad ocu-los Divinos provocatio ? Quasi verò protestatio non esset coram hominum , nedum DEI , omnia penetrantis , oculis , contraria facta ! Nihil derogatum cupit Lutheri meritum , quem aliquando in primis reformationis annis laudaverat , mox verò tot probris in eum conjectis famam ejus obtrivit & lan-cinavit , ut vix numerari possint . Ne quidem tolerare po-test , si alii qualemcumque laudis particulam , licet quantumvis & Divini Verbi regulæ ex aste conveniente n , eidem admetiantur , quâ arrogantior multò reddatur , quam antea fuerat , quippe qui naturæ qvodam impetu ad aliis im-peritandum eosque sub jugum mittendum , idque sub maxi-mâ specie Zeli pro purâ doctrinâ , & sub prætextu optimi fi-nis , immò humilitatis & mansuetudinis ipsius semper propen-derit , viresque ad id contulerit suas . Quoties in rixas ejus & litigia cum adversariis invehitur , quibus spiritum DEI in se antea habitantem expulerit & Ecclesiam benè reformari cœptam in antiquum scholasticarum altercationum chaos con-jecerit ? Hoc enim convitio sacra pro veritate bella omnibus quasi paginis configit & insectatur . Atque ex hoc capi-te , quo nullum Indifferenti religioni magis inimicum esse noverat , reliqua accusationum momenta penè omnia pro-fluxisse , is facile animadvertisit , qui primam in mente ipsius , dum opus suum ordiretur , intentionem fuisse non ignorat , religionem ex universa Ecclesiæ historiâ venari , in solâ pie-tatis praxi , exclusâ omni veritatis , ab erroribus ingenuo-strenueque purgatæ , professione , & ab hæreticis vindicatio-ne consistentem . Hæc curandum prius fuerat , ne viderent oculi Divini & aliquando justâ animadversione castigarent , quam ad oculos Divinos , tanquam testes , appellaretur , qui id etiam conspiciunt quod occultare homines omni conatu omnibusque artibus adlaborant .

SPE

(25) Pag. 139

DE LITERATURA PROFANA

# SPECIMEN QVARTUM

*De Literaturâ profanâ, cum studio Theologiae  
& veri Christianismi conjunctâ*

I.

Inter corruptæ adhuc vivente Lutherò & eodem deinde, fatis functo Ecclesiæ & prolapsi penitus Christianismi causas literaturæ quoque, quam vocamus, profanæ studium cum Theologiâ conjungi cœptum, recentet *Arnoldus*: cui tanto animi motu, tantâque excandescentiâ succenseret, ut nec à maledictis in innocuam hanc eruditionis partem effusis sibi temperet, curiosissimè collectis iis doctorum sententiis, quibus abusum & excessum hujus studii, usum interea & fructum nequaquam culpantes, interdum perstrinxerunt. Enarrat enim, quonodò Melanthon jam anno seculi decimi sexii octavo & decimo oratione quadam dilleruerit de emendatione scholarum: das aber / inquit, O Ð Ð hiezu feinen Geegen und Beystand geben können / erheldet dahero / weil so gar wenig dabej nach seinem heiligen Willen und zum wahren Heyl der Jugend und der andern Seelen eingerichtet worden. (1.) Quanta vero hæc est ingrati erga primos reformatores animi labes, qui quicquid consilio, viribus, ope, conatu, laboribus potuerunt, in bonarum Christianarumq; scholarum constitutiones impenderunt & cum plantandæ pietatis in teneris discentium animis præcipuam solidamque curam impenderent, artes tamen liberales & lingvarum notitiam, unâ cum morum venustate, ex optimis quibusvis, Græcis Latinisq; scriptoribus capienda, non neglexerunt? Testantur eâ de re adhuc hodiè quarumvis scholarum & Academiarum Leges atque statuta, quæ illo tempore, quo post tenebras & confusione Romanam condita sunt & introducta, incredibile gaudium & lætitiam nullo satis verborum apparatu eloquendam, in piorum animis excitarunt. Hodiè ab *Arnoldo* illa sollicitudo tanquam omnis Divinæ benedictionis & veri fructus expers fugillatur, idque ideo

(1) *Histor. Hær.*, pag. 105.

## VINDICIARUM SPECIMEN IV.

ideò, qvia paucissima in legibus Scholasticis ad sanctam Dei voluntatem, veramq; juventutis aliarumq; animarum salutem faciunt directa. Ediderunt eo tempore primitias studiorum suorum in lucem doctores Wittebergenies, freqventer & ab ipso Arnoldo in testimonium vocatas ; idem fecere Rostochienes nostri , edito libello , cui titulus est : *scripta in Academia Rostochiensi publicè proposita ab Anno Christi MDLX. ad annum MDLXVII.* qvæ Rostochii excudebat Jacobus Transylvanus, Anno MDLXVII. Qvibus universo orbi ostendere adnisi sunt, scholarum nunc studia longè rectiori, qvam in Papatu antea factum fuerit, ratione tractari, ut post pulsam Scholasticarum sordium barbariem lingvarum nitor & variarum scientiarum elegantia, vetusti ævi exemplo, in Ecclesiâ refloruerit, rerum qve lacrarum notitia ex limpidissimis S. Literarum fontibus juvenuti instillaretur. De quo in dedicatione libelli Joannes Possehus, (qvm qvia aliquando ad mentem ipsius loquitur, Eru- diuum Poffelum, den. gehyrten Poffelum vocat Arnoldus) illicò in fronte: grata mente & voce perpetuò à nobis agnosci & celebrari hoc ingens & salutare DEI beneficium debet, qvod ministerio Evangelii, qvo lucem veræ sua notitiae & justitiam ac salutem æternam generi humano impertit, omnibus temporibus adiungit & conservat scolas seu cœtus docentium & discentium doctrinam de DSO & Servatore nostro JESU CHRISTO, sapientiam legum viræ gubernatricem, historias Ecclesie & imperiorum, artem medicam, mathemata ad conservationem calendarii & temporum suppuationem necessaria & cæteras artes ac linguas, Ecclesiæ DEI & cœlestis doctrinæ studiis servientes. Cum qve jam eo tempore hoc institutum invidi atque obtrectatores, ut & hodiè fit, criminarentur, his ipsis Academicis scriptis in lucem protrusis & livori ipsi objectis, malevolos Momo- dentes excuti posse autumavit. Esi autem, inquit, pagellæ, qvas in hoc libello digestas edidi, fortasse virorum dignitate, sapientia, virtute & doctrinâ præstantium conspectu & lectione indignæ sunt, tamen cum utiles de studiis & multorum auctorum scriptis & de plerisque gubernationis scholasticæ partibus commo- nefac-

## DE LITERATURA PROFANA.

33

nefationes, à collegis meis in hac Academiâ proximis annis propositas, contineant, judicavi, Deo fonti doctrinæ & multis hominis viris non ingratum fore, si eas colligerem & velut testimonia laborum & innocentiae etiam nostræ, quam malevoli quidam, non Christo, sed sibi regnum parantes, falsissimis calumniis deformare conati sunt & fortassis adhuc eonantur, affervarem.

II. Qvanquam verò inficiari nolimus, qvosdam forte nostrorum in æstimandis & cum sanctiori Theologiâ miscendis gentilium sententiis & placitis modum nonnunquam transgressos esse; qvare jam illo tempore eâ de re nonnulli ab Arnaldo adducti, (qvanquam non omnes eodem animo, ab affectu omni incorrupto) fuerunt conuesti, illi tamen ipsi favorem & excusationem potius quam acerbiorem censuram, qvalem pro more suo in eosdem stringit Arnoldus, commiseruerat, cum ex barbarie superiorum seculorum eluctati elegantiorem literaturam tantâ voluptate comprehendenderent & deperirent, ut venustatibus illis nobilissimam omnium & divinissimam disciplinam, Theologiam, exornari potius, quam prostitui fuerint persuasi. Exemplo veterum Ecclesiæ patrum prope omnium qui, ut ait Nicephorus, qvanquam viri sancti, favore & grata spiritus locupletes & Ecclesiæ nostræ doctores insignes, à tenerâ ipsâ etate ad senectutem usque sedulo Græcorum libros legerunt, partim ad lingvam sermonemque expoliendum & menem exercendam, partim ut ex rebus deterioribus id, qvod inest boni, colligerent. Unde & Hieronymus nescit, quid primum in iis admirari debeat, eruditionem seculi an scientiam Scripturarum? Et de iisdem Augustinus: nonne adspicimus, inquit, qvaneo auro & argento & ueste suffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus, doctar svavissimus & martyr beatissimus? Qvano Lazanius, qvanto Victorinus, Opiotus, Hilarius? (2) Qvi illius capitî initio: Philosophi, ait, qvi vocantur, si qua forte vera & fidei nostræ accommoda dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed & ab eis etiam, tanquam injustis possessoribus, in usum nostrum vindicanda. Qvibus verbis qvafsi apologetam Chyraei nostri agit doctissimus pater, cuius Theologiam cum Cœlestino Arnaldus

(2) II. de Doctr. Christ. c. 40. Conf. Ibid. c. 18. s.

noldus, ob unas alterasq; ex Platone subinde allegatas sententias Platonice & Theologie criminis diffamare non dubitavit. Et quid verius est illo Basili: aut eadē dicunt profani scriptores & prodest consensu, aut diversa, & prodest collatio? (3.) Id eqvidem confidenter dixero, neminem trium priorum seculorum patrum, puriori adhuc Theologiae ipsius Arnoldi iudicio deditorum, vix uno alteroq; excepto, nominari posse, qvin sapientiam secularē & propter eloquii venustatem & veritatis confessionem amaverit plurimum & scriptis suis decus qvoddam & ornamentum ejusdem allegatione conciliaverit. Hoc enim encomio cur mentis humanae opera, venusta, egregia, admiranda, non mactemus, cum in cœlum efferamus artium etiam mechanicarum effectus, si oculis nostris blandiantur, & quotidianis necessitatibus nostris usum concilient, aut saltem commoditatem, si maximè inventi illi à Turcâ aut Tartaro aut Indo fuerint? Utraq; à Deo æqvè proveniunt & naturæ à Deo creatæ, qvam qui contemnit, Deum ludibrio habet, originem debent. Rectè & appositiè Gregorius Nazianzenus, oratione tunebri in Basilium: non in pili habenda eruditio, qvia qvibusdam ita videtur, sed censendum, laicos & imperios illos sic affici, qvi vellent omnes sui similes esse, ut in communi illogrege laterent & inficiæ reprobationem effugarent. Qvod in Arnoldum, gentilis literaturæ lib⁹ specie Scripturarizæ pietatis contemtorem, eò verius quadrat, quo ille majori studio & voluptate fertur, in Fanaticorum summis, inq; sterquiliniis Theophrasti Paracelsi, Caspari Svensfeldii, Thomæ Münzeri, Davidis Jorisii, Hielis, Pantelii Trappenii, Jo. Angelii Werdenhagenii, Petri Mauriti, Antoniæ Burignoniæ, Friderici Brecklingii, Georgii Laur. Seidenbecheri, aliorumque plurimorum Fanaticæ veritatis testium, qvorum ideo integrum propemodum opera, atenit tenebris digna, noviter in lucē protraxit & Tōmo qvarto operis Hæretici inseruit, scarabæi ad instar volutari, qvam iis advertere aurem, qvirationem à Deo homini concessam adsumnum usq; culmen excoluerunt. Quid enim Fanaticorum istorum commendatione intendat, ipse ingenuè in fronte quarti Tomi profitetur, cum inquit. Das die reine Lehre.

(3.) Vide causam hanc ex instituto agentem Socratem III. H. E. 16. Nephorum Callist. X. H. E. 26. Et J. C. Dieterichium Tom. I. Disp. Dilberti, Disp. II. X. & Tom. Nov. in Dedic.

Lehre Christi niemahls bey dem grossen Haussen der mancherley Secken und Religionen ( qvibus & Lutheranam accenser) zufinden seye / sondern nur bey wenigen unbekandten und von der Welt verachteten und verkaerten einfältigen Leyen / hat Franc. Hildesheim in einer artigen Tragœdi vorgestellet. Qyibus Fanaticorum illorum, antea nominatorum, qui ipsi testes suot veritatis, (4.) testimonja & suffragia subjicit longo ordine. Itaque institutum Arnoldi-  
num, ipsius Arnoldi diserta confessione, eò unicè tendit, ut ostendat, veram puramqve Christi doctrinam non apud sectas,  
Lutheranam, Calvinianam, Pontificiam , sed apud eos potius,  
qui vulgo Theologorum orthodoxorum incogniti, ab iisdem  
contempti & hæretico nomine intamati fuerunt, qværendam  
esse, in qvorum scriptis longè clariores radii veritatis Christianæ,  
qvam in omnibus orthodoxorum libris compareant. Talibus radiis abominationem quoqve literaturæ genialis, sine  
omni discrimine, adnumerat. Nos vero, ut qvo in pretio hæc  
quoq; eruditio pars apud antiquos, eosqve longè celebre-  
ritos, fuerit, amplius appareat, Gregorii Nazianzeni integrum  
locum, quem & Nicephorus Callistus, ut operi suo Historiæ Ecclesiasticæ insereret, dignum judicavit, adducemus. Ita autem  
ille: *omnes opinor, qui saniore mente sunt, (ipsius igitur judicio in-*  
*sani sunt Fanatici) hoc confiteri, eruditio neminter ea, quæ nobis sunt*  
*bona, præcipua esse Non istam solum præiantioram, nostram, (Chri-*  
*stianam nempe) quæ elegantiam ostentationemq; orationis omnem*  
*negligens saluti uni Generum intelligendarum pulchritudini inba-*  
*ret, sed externam etiam illam, (literaturam nimirum prolatam)*  
*quam muli Christiani perinde atque insidi atricem, fallacem ac lon-*  
*gius à Deo abducentem contemnentes despiciunt, (plane ut hodie*  
*quoqve faciunt Fanatici, eodemqve prorsus prætextu) perversæ*  
*plane & periculosæ persuasione. Quemadmodum namq; cælum, ter-*  
*ram, aerem & qvæzung in his sunt, quamvis homines nonnulli*  
*malè ea accepta, quæ Dei essent opera, pro Deo coluerunt, propterea*  
*tamen non despiciimus, sed quantum utilitatis habent, ex eis ad uitæ*  
*usus percipimus, quod vero noxium est in eis, fugimus; neq; quod*  
*fulti faciunt, adversus creatorem creaturam ipsam quasi ad rebel-*  
*lionem commovemus, verum ex rebus conditis conditorem depre-*  
*bendimus & quod Divus Paulus ait, in captivitatem redigimus.*

(4) Tom. IV, p. 760.

E 2

in sel.

intelligentiam omnem in Christum. Ac sicuti ignem, alimenum, ferrum atque alia per seipsa quidem vel utilia vel incommoda maximè esse ignoramus, sed de eis pro eo argum hominibus illis, qui eis utuntur, videtur, judicamus. Quum etiam in reptilibus feris quædam sint, quæ utiliter ad salutem pharmacis & remediis miscemus. Sic quoq; ex disciplinis istis, quod ad veritatem inquirendam & judicium acuendum, nec non ad contemplationem exercendam facit, id recepimus; quod autem ad dæmones ipsos & ad perditionis profundum dedit, despuenies rejecimus, propriea quod ex eis r. b. in veræ pietatis studiorum non iidem adjuvemur, eo modo meliora ex deterioribus addiscentes & imbecillitatem illorum in nobis doctrinæ nostræ converentes. Non igitur contemnda est doctrina liberalior, propterea quod hoc sic quibusdam (ut hodiè Arnoldo atque Fanaticis) faciendum videtur, sed pravi atq; inerandi, qui in ea sunt sententia, censendi sunt, qui alios omnes sibi similes esse velint, ut in communis sui similium frequentia latere & inscitiae suæ reprehensionem effugere valeant. Ita ille verissimè & præclarissimè. Addit Nicephorus Basilii, à meritis in Ecclesiastim magni cognominati, suffragium. *Basilius Magnus*, inquit, non solum doctrinam Græcorum discere permittit, sed etiam præclaro libello maximè hoc confirmat, cui titulum fecit: quomodo juvenes ex Græcis disciplinis utilitatem capere possint?

III. Hæc evideat eo fusius de licto inter Christianos gentilis eruditionis usu disserere placuit, ut *David* nostrum *Chytraeum*, *Theologum*, quo nemo unquam de Academiâ hac nostrâ excellentius meritus est, qui ex profanâ literaturâ, cuius scientissimus fuerat, multa subinde, ut familiaribus ad amicos epistolis, ita etiam scriptis aliis immiscere solet, à Theonino Arnoldidente vindicarem, qui, ubicunq; ei qualiscunq; adducet occasio, eo ipsum nomine vellicat. Nunc vero de eo tantum dispiciendum mihi est, an propitiâ veritate nitatur, quando ex ipsis orthodoxis, quos vocat, non nullos illitum gentilis literaturæ cum doctrinâ Christianâ adulterium agnoscere pronunciat, eamque in rem epistolæ cujusdam ad Marbachios scriptæ, quarum nobis vindiciae ex instituto nostro

stro sunt parandæ, testimonium allegat. Verba sunt: doch kontens die Theologi, (per ironiam & illusionem, qvod solenne est. Arnoldo, ita dicti) selber nicht manchmahl an einander leiden, waa einor sich in die Heidnische Scribenten so sehr verliebete, nur weil es auch Ihrer gravität und Hohheit zu gering und Schulſchulſtisch schiene, nicht aber aus einem Eſſer vor Gott und Christum. Denim schrieb D. Jacobus Andreæ von seinem Bildersucher, Victorino Strigelio, von dem er sehr ſibel war erzert worden: der ſtölze Grammaticus verachtet alle neben ſich; er könnte besser etwas ans seinem Pindaro herplaudern, als daher die heiligen Ding verunheiliget. Verba in epistolâ ita ſonant: *ex alto omnes despicit superbus Grammaticus, qui felicius in suo Pindaro nugaretur, quam in sacris profanandi.* (5) Pergit vero Arnoldus: Und dieses waren freylich die nächsten Früchte hievon, nemlich Hoffart und thörichte Einbildunge der Gelehrsamkeit, wann man etwan einen Griechischen Vers auf einem alten Poeten vorbringen, und die Orationes, Briefe/Predigten, Abdankungen und Schriften, damit zieren und ſchmücken könnte. Welches man in denen Büchern des vorigen ſeculi und auch guten Theils des jetzigen ehe diese Pedanterie ſo abgeschmächt worden, mit Bewunderung ſihet. (6)

IV. Tot sunt in hac periodo criminationes, viro pietatem singularem professo indignæ, qvoi ferè conficiuntur lineæ. Primo dum Theologi nomen pro maleficio computat Arnoldus. Quali μυκτηρια si qvis Theologorum aduersus ipsum uteretur, qvæ maria non concitaret, qvas non clamaret impietas? Si Deus irridetur, cum servis & ministris suis stipendia subtrahuntur, (7) qvid non fiet, si debita ipsis reverentia subducitur, ipsumque iporum nomen in illudendi subſannandi que materiam convertitur?

V. Secundò dum Jacobum Andreæ idē invehi in Victorinum Strigelium aſterit, qvod eruditonem profanam terre in illò non potuerit. Ergo quando Arnoldus invehitur vel in luxum ministrorum vel in avaritiam & tenacitatem, ideo terre non potest, eosdem edere atque bibere aut stipendiis honorumque virorum liberalitate perfrui? Non ipsam bonarum literarum scientiam in Victorino reprehendit Jacobus, ſed ejus ad efferendum animum atque ad alios, contemnendos abufum. Nec enim ideo eundem culpat, qvod eſlet Grammaticus, ſed qvod superbus

E 3

Gram-

(5) Suppl. pag. 249 f. (6) Kirchen H. sec. XVI. p. 107. (7) Gal. VI. 7.

Grammaticus, qvī delpiciat ante se alios. Nec qvod Pindarum, intelligeret, sed qvod in eodem nugaretur, id est, in iis curiosè occuparetur, qvæ ad apinas tricasqve tantum pertinerent, & usu omni fructuqve destituerentur; qvodqve aptiore eslet ad qvamlibet rem aliam, seculari eruditioni subjectam, qvam ad Theologiam, ad qvam profanandam potius qvam ornandam comparatus esset. Sed qvia in rem Arnoldi faciebat, si testimonium adversus eruditionem secularem ex ipsâ Theologorum confessione produceret, adducenda in speciem verba fuerant, qvæ qvamqvm nihil minus qvam hoc in se continerent, in imperitorum tamen & præconceptâ opinione falcinatorum oculis tale qvid præferrent. Sed quid ait lex Divina: *non logveris contra proximum tuum falsum testimonium!*

VI. Tertio dum secularia studia improbare ait Jacobum, non ex Zelo erga DEum & Christum, sed ex fastu Theologico, cùm ignobiliora judicaret illa studia, qvam qvæ gravitatem Theologicam decerent. At tu qvis es, qvi servum judicas alienum, qvi Domino suo stat caditqve? Utrumne animum illius ingressus es, ut qvod neqve verbis externis, neqve aliis indiciis prodidit, in interioribus ejus cerneret & cognosceret, DEI tibi majestatem, qvi solus renes & corda scrutatur, arrogans? Christianæ charitatis est, & λογίζει τὸ κακὸν, non suspicionibus indulgere, sed πάντα μέμνεσθαι, omnia credere. Qvæ recte exponit Stephan. Curcellæus: *charitas non indulget suspicioni, sed qvæ à proximo dieuntur* Ε sunt, in bonam, quantum fieri potest, partem accipit, credens, ipsum revera talēm esse, qvalem se esse proficitur. *Masult enim decipi bene de alio sentiendo, qvam suspicari malum,* cuius nullam adbuc habet idoneam probationem. Alias charitas non est fulta, ut contrarium ejus, qvod videt, audit, palpat, credere velit. Si quem enim videat commissationibus deditum, non habebit cum pro sobrio, si quem in manifestis mendacitis aliquoties apprehenderit, non crederet esse veracem, Ε ita de aliis similibus. Sed ubi res est ambigua, in meliorem potius partem qvam in deteriorem inclinabit. Maligni enim animi est Ε charitate vacui, malum sensum iis adsingere, qvæ bonum & quæ facile admittere queunt. (Ut possunt utique Jacobi verba, ceu postea demonstrabilius) *Sicut ergo*

ergo offendimur, cum verba nostra aut actiones in pravum aliquem sensum torquentur, ita si proximum nostri ipsorum instar diligamus, non accipiemus in malam partem, quae ipse dicit aut facit. Et non minus bene de ipso quam de nobis sentiemus. (8)

VII. Quartò dum fructum secularis eruditionis ait esse superbiam & inflati animi tumorem, cum persuasi fuerint Theologi, unius alteriusque ex veteri Poetā versus allegatione orationem sacram vel lscriptum Theologicum apprimē exornari. Annon verò vides ejus te intumescentiæ plerosque in puriore seculorum ordine parres, in sequentibus verò & plurimos & celeberrimos accusare? Et quid est, mentis elationem & impotentiā prodere, quam cum omnium aliorum instituta, quamquam totius mundi iudicio salutaria & laudabilia, non pro nihilo tantum, sed & pro pernitio!o putare, nostri verò unius cerebri spectrum iisdem præferre & aliis ad adorandum proponere? Fuerit igitur & Paulus arrogantiæ typho turgidus, cum orationes suas & epistolas Græcorum Poëtarum testimoniiis, tanquam flosculis quibusdam, exornavit. Aut arrogans illa de se persuasio ex ipsâ gentilium Poëtarum lectione & æstimatione per se profluuebat, & ejusdem vitii reus agetur actus Divino Spiritu Paulus; aut ex abuso tantum ejus moris originem trahet, dum qui illo usi sunt, vel allegatorum copia excederunt, vel Poëtarum amorem atque æstimationem Diviniori verbo praetulerunt. Atque ita usus ipse in se proscribendus non fuerat & qui in eodem excesserunt, nominandi à que ceteris, qui laudem utique merebantur, discernendi. Sed verò ipsa illa conuersio, sine ullo differentiæ indicio, condemnanda fuerat, ut vel hoc etiam patto primarius Arnoldi obtineretur lopus, prolapsam esse ex primâ suâ breviique felicitate Ecclesiam in miserrimum deterriumque statum.

IX. Quintò dum Jacobum Andreæ censorium rigorem adversus Strigelium exercuisse affirmat, non ex amore erga veritatem DEiq; gloriam, sed ex affectus privati intemperie. De Victorino Strigelio verissimum tulit judicium Lucas Ofiander: vir quidem excellenter in lingua & Philosophia doctus, sed in religione

(8) In Instit. R. C. Lib. VII, c. XXXIX, §. XVII, p. 592\*

gione minimè sincerus. Nam viribus humanis in hominis conver-  
sione nimium tribuit & ita doctrinam de libero arbitrio corrupit.  
Et Calvinisticam impiam doctrinam juventuti miris technis in-  
fillavit, homo prorsus varius & versipellis. Tandem vero Heidel-  
bergam delapsus ibidem mortuus est, etatis anno XLV. postquam  
multos Theologiae Studioſos Calviniano veneno infecisset. (9) Mel-  
chior equidem Adami. Academiæ postea Heidelbergensis Pro-  
fessor, Calvinianæ professioni addictus, in Vitis Theologorum,  
ubi memoriam Victorini tuse recenset, quamquam eundem ob-  
cultum & imitationem Philippi Melanthonis, quippe qui in id  
unico studio incubuerit, ut diligentia & exercitatione assidua  
eundem in docendo & scribendo felicissime representaret, immani-  
bus & implacabilibus Theologorūn odiis objectum fuisse scri-  
bat & ubique tanquam fidei suæ consanguineum collaudet,  
non tamen dissimulat ingenii in hoc viro contumaciam & in-  
natum ad turbas concitandas alendasque amorem. Cum enim  
post varias contentiones & carceres ex commiseratione Jenæ,  
& quidem beneficio Jacobi Andree, restitueretur, quiescere  
tamen nec ibidem potuit, ceu ex Actis publicis prolixè recenset  
D. Rango, quin omnib⁹ singulisq; præfracte sc̄le opponeret, (10)  
& cum inde ex rancore Lipsiam concessisset, tanquam , ut ipse  
loquitur, ad hospitium, in quo majore cum tranquillitate & minore  
periculo mellificium DEO gratum exercere posset, tamen & ibi post  
exiguum temporis spatium lectio[n]em habituro clausum est audi-  
torium & continuatione lectionum interdictum. Causa erat, quod  
Calvinianis in materia de SS. Cœnâ Dominicâ esset patrocinato,  
nec de sententiâ, utcunq; ad colloquium invitatus, cedere vel-  
let, existimationem nominis famæque suæ causatus. Dimislus  
ab Electore eâ de causa , quod violasset promissa ac certamina  
movisset non necessaria, (hæc omnia iisdem verbis enarrat Melch.  
Adami.) Ambergæ in superiore Palatinatu aliquamdiu versatus, &  
tandem anno MDLXVII. Heidelbergam ad Moralium in Aca-  
demiam tum Calvinianâ professionem vocatus, post biennium vi-  
vendi finem fecit Sed nec Heidelbergæ quiescere poterat, quin  
Jacobum Andree, liberatorem antea suum, ex illo quoque loco  
calu-

(9.) Cent. XVI, p. 814. (10.) In Hist. Synecr. p. 713, f.

calumniis persegueretur, & saniorem de libero arbitrio doctrinam, postea Formulae Concordiae insertam, sagillaret. Testantur de ingenio viri intemperiarum tumultuumq; pleno amici & inimici. Cur itaque Jacobus Andreæ vapulet, si in turbonem talem, toti Ecclesiae molestum, & veritati cœlesti sese omni vi opponentem, acrius declamat? Nihil eqvidem verius est, quam cum verbis ab Arnoldo adductis illa evestigio subjicit: *natus est ad turbas, tribunitium planè ingenium, quod nibil nisi laudem sui ipsius arroganter spirat.* Occasione oblatâ ita tractabo eum, ut intelligatur, me non despere. Novi, qui sit, non est, ut alios tanopere despiciat. Nec omnis eruditio in cœcitate Homeri aut morosâ obscuritate Pindari sita est. Nec indoctus censendus est, qui bonas horas in illis nugis non perdidit. Et qui non in DEI Christique gloriam fecerit Jacobus, quod pro veritate, quæ Christus ipse est, (ii.) fecit? Sed pretiosus erat Arnoldus Victorinus, partim quod Jacobo Andreæ, quem capitali ubique odio & inexpiabili inimicitia prosequitur, bellum indixisset, partim quod favisset Calvinianis, quos & ipse in sinu habet atque deliciis.

**IX** Sexto dum hunc ipsum veterum scriptorum sententiis nostra exornandi morem insipidum appellat Pedantismum, olim quidem atque hodienum à complurimis adamatum, à prudenteribz verò jamdiu protritum & explosum Prudentiores nempe isti Indifferentistæ sunt, Pietismi & Fanaticismi arctissimo hodie vinculo cum Indifferentismo conjuncti, sale imbuti. Equibus Rob. Barclayi literaturam ethnicam, *Satanæ inveniētiū*, scoriā item & stercus esse proclamat. Hac enim, inquit, primò veritatis simplicitatem dæmon infecit, quia tot dubitationes, incertitudines & coniunctiones inter ipsos paires exoriantur, ut non pauci eorum inviantur, qui propter banc mixturam non solum alii pluri, sed sibi invicem ioniradicant. Atque ideo gratulatur ætati nostræ, in qua voluerit Deus virtutem suam per imbellia instrumenta ostendere, ad carnalem illam & technicam sapientiam evergendant & profernendam & ad restaurandam antiquam veritatis simplicitatem, (12) Quæ Aeg. Gußmannus in eruditionem,

F

ex

(11) Joh. XIV.6. (12) Thes. X. Apol. p. 201. & 202.

ex gentilium scriptis hauriendam, debacchetur, Ministerium Tripolitanum ordine exponit, (13) è qvibus ista tantum brevitas studio adducimus, qvæ Arnoldinis non sunt absimilia: Ihr schreibt mit eueren Händen die Heidnische Auslegungen über die H. Schrifft macht auch die Sach so füß / daß Ihr euch hochgeleht und überweß düncket/ auch eurer schönen Auslegungen rühmet/dieselbige grossen Herren zuschreibt / daß sie euch loben und noch dazu Geld schenden sollen. Daneben so vermeinet ihr/ ihr habt mit diesem Werke Gott dem Herrn einen loblichen Dienst erzeiget/ und dessen euch nicht Gott der Herr aber wohl der Teuffel in Abgrund der Hölle danken / und Euch euerem verdienen nach belohnen wird. Dann die Heidnische Bücher sind nichts anders dann des Teuffels Gallfrick und aufgespanntes Jagdneß / damit er Augenblicklich den Menschen nachjaget/wie er dieselbe besitzen möge. Da für Ihr euch hüten soll als für dem höllischen Hund. Man greift die Sach an/ wie man wolle/ so ist doch daran weder Haut noch Haar gut. Qvod ex Fanatico hoc fonte & Arnoldi querelæ profluxerint, vel id argumento est, qvod in recensione doctrinarum, ex illorum scriptis excerptarum, nunquam obliviscatur, freqventer cum singulari adprobacione meminerit eruditionis secularis, in orcum ab ipsis damnatae. Nec exceſsum tantum harum literarum & abusum, sed literaturam ipsam, in primis si cum rebus Theologicis mista illa fuerit, ceu rerum sacrarum abominandam profanationem execratur. Qvod si insipidus Pedantismus est, elegantibus ingeniosisqve gentilium sententiis, qvæ Divinæ auræ in creatione hominis intellectui inditæ & ratione probè excultæ particulis, res sacras qvæ condire & velut ornamentis qvibusdam distinguere, qvo propri nomine digna fuerit ea consuetudo, qvâ rerum sacrarum majestatem & sanctitatem fumosâ sulphureâqve Jacobi Böhmii literaturâ, qvâ unicè delectatur Arnoldus, in qvâ tamen neq; salis quidqvam est, nec venustatis & cuius sensus nec ab Oedipo plerumq; possit divinari, contaminamus? Qvi hodie tam promptè aliis Pedantismum ob qvamcunqve scribendi rationem, ab ipsorum ingenio aut institutis alienam, objiciunt, aliorumqve co dictorio ignorantiam, cum arrogante de se persvassione conjunctam, castigant, videant, ne verius illud de iis dicatur: *Platonis fastum calcas,*  
sed

(13) Lehr und Schuſſ-Schr. Part. I. p. 520. s.

*sed fastu majore.* Bonarum literarum æstimatione & cum Theologico scribendi genere conjunctio insipida sub Pedantismi criminatione facta nec hodie est, nisi iis, qui tenebricosis Bœmaticæ Theologiæ ineptiis effalcinati ad ea etiam naufragare delirâ se mentis imaginatione adsuefecerunt, quæ sanoire gustu præditis post S. Literarum amorem, quia à venuitatis omnis & gratiæ fonte proveniunt, in pretio sunt & deliciis. Ut olim sub reformationis initia pro Divinorum donorum, in ministros suos largâ copiâ collatorum varietate alii scribendi genere usi sunt, ab omni externo splendore & adscititio ornatu remoto, alii verò ornamenta quoque & orationis florem, qualem in scriptis suis, qui rationem excoluerunt, sectati sunt, adhibuerunt: ita nec hodiè in utroqve genere deesse, qui illorum vestigiis insistant, neque derterbusse hodiè amorem, sermonis lumina & decorem exgentilium etiam, naturæ ductum sequentium, scriptis orationibus nostris conciliandi, ipse sensus & experientia confirmat. Planè ut de diversis his Dei muneribus jam olim antiqua Ecclesia judicavit, comprobavitque exemplis. E quibus è Theodoreto unum planè memorabile adponemus. Per idem tempus, inquit, edessæ quidem Ephræm admirabilis, Alexandriæ verò florebat Didymus, uterque adversus dogmataveritatis contraaria libros conscribens. Et Ephræm quidem, Syrorum uiens lingua, Spiritualis gratiaradios diffundebat. Nam cum Graeca, literas non attigisset, multifidos tamen Græcorum errores confutavit, omnesq; bæretiorum fraudes infirmas esse ostendit. Et quoniam Harmonius, Bardesanit filius, canica quædam olim composuerat modorum suavitati impietatem admiscens audientium animos demulcebat & ad exitium perirabebat, ipse modorum compositionem ab ipso munuatus pietatem canticis permisit & suavissimum simul ac utilissimum medicamentum audientibus exhibuit. Aq; bæc canica festos martyrum dies lætiores ac splendidiores etiamnum efficiunt. Didymus verò cum à puero luminibus orbatus fuisset, Poëticam nibilominus ac Rhetoricam artem didicit. Arithmeticam præterea & Geometriam & Astronomiam, Aristotelis uenit syllogismos

gismo: & Platonis facundiam aurium sensu percepit, non tanquam disciplinas, quae veritatem (revelatam) docerent, sed velut tela, (οπλα, arma) quibus veritas adversus mendacium uti potest. Sacrae quoque scripturae non literas solum, sed illarum quoque sensus edidictr. Hæc ille. (14) Qualem differentiam & seqventi capite inter Petrum, Gregorii atq; Basilii fratrem, interque hos ipsos, animadvertisit, ut Petrus quidem non perinde ut illi gentilium disciplinis exculus, vita tamen splendore eminenteret. Idem prorsus de Ecclesiâ, è Papatus tenebris eluctante, deinceps doctoribus illius, ad hodiernum usq; diem variis scriptis eandem illustrantibus, dici poterat, dicique adhuc hodie potest, qvod Theodorus exemplis illis subjecit: omnium moderator Deus ejusmodi tunc gubernatores dedit, qui magnitudini tempestatis & tenebrarum, quæ Ecclesiam à longo tempore obscuraverant, pares essent & hostium violentiae fortitudinem ducum, omni eruditiois genere excellentium, opposuit & salutaris remedio donavit, temporum illorum aerbitati & barbarici convenientia. Solus eo tempore defuit universalis Ecclesiæ omnium temporum reformator, Arnoldus, qui Zizania ista & Pedantismum, carnalium doctorum scriptis sese ubique insinuantem, non notaret tantum, sed & in exilium mitteret atque Ecclesiam, post primam emendationem in veterem miserrimum statum, exceptis quibusdam apud vulgo ita dictos hereticos & Fanaticos veritatis verè Divinæ & à scoriis humanarum traditionum defecatae radiis, iterum prolapsum, in integrum restitueret, facereque totam spiritualem. Hodie itaq; non potest nisi aureum illucescere seculum.

X. Atque hæc quidem hactenus, donec occasio nobis obtingat & reliquias criminationes, in Theologos, epistolarum ad Marbachios exaratarum scriptores, conjectas, pariratione examinandi.

(14.) IV. H.E. XXIX.

as(O)s

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

This image shows a blank, lined page with horizontal ruling lines. A yellow rectangular sticker is positioned at the bottom center of the page. The sticker contains the text "SLUB DRESDEN" in a bold, sans-serif font, followed by a barcode. Below the barcode, the number "3 0582448" is printed. The rest of the page is empty and white.

6 Aug 1957

